REPETITIONES ET TRACTATVS

CLARISS. IVRISCONSVLTI D. NICOLAI BELLONI CASALENSIS, IVRA CIuilia primo loco interpretantis in celeberrima Dolana Academia in Burgundia: nunc primum in lucem editi.

Quorum Catalogum uersa statim pagina reperies.

Accessit quoque rerum & uerborum in hisce omnibus memorabilium locupletissimus Index.





Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad quinquennium. ~~5

BASILEAE.

Ex Legato Josephi Carpani J.V.D.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Repetitio Rub. Cod. de edendo. in qua præter materiam editionum in practica frequentem, examinatur doctißimè quæstio illa, An quemadmodũ mulier conuicta de adulterio, non potest dotem repetere, ita si sit conuicta de osculo, uel tactu libidinoso.

Tractatus in Rub. Cod. qui admitti ad bonorum posses. De bonorum poßeßionibus ordinarijs, & extraordinarijs.

Tractatus in Rub. ff. de officio eius cui est mandata iurisd. de iurisditione iudicis ordinarij, & delegati ad uniuersitatem, generalitatem, et singularitatem causarum: & de iurisditione uicarij, seu uicegerentis, asseßoris, arbitri, arbitratoris, amicabilis compositoris, & iudicis cartularij.

Quæstio ad quem sit appellandũ à subcõseruatore. ubi plura de conseruatoribus: & ibi etiam, an à delegato episcopi poßit appellari ad eius officialem generalem, uel ad summum Pontificem.

Repetitio. §. item Seruiana. Instit. de actionibus. in qua plenè examinatur materia pignoris, hypothecæ, & Saluiani interdicti.

ILLVSTRISS. AC REVEREND. ANTISTITI, FRANCISCO *Bonualoto, Domino ac Abbati Luxoutensi, & d S. Vincentio, &c. Nicolaus Bellonus S. D. P.*



T disputationẽ quam de osculo luxurioso in primis nostris prelectionibus huius anni feceram, in publicum ederem, quàm plurimis efflagitationibus me persæpe nonnulli huius prouinciæ solicitarunt: existimantes siquidem (ut intellexi) quæ in illo articulo per me deducta fuerant, multifariam sibi posse conducere. quos cum aliquandiu in eo desiderio reliquissem, tandem effugere non potui, quin ipsorum beneuolentiam, ac summam erga me obseruantiam, agnoscerem. Sum itaq; pollicitus, me intra paucos dies illam typis commissurũ: & cum ne sola prodiret, ei uelut Cyaneæ Proserpinam sodalem adiunxissem, integram repetititionẽ Rubricæ Cod. decedendo, in qua quæstio ipsa incidit: id satis adhuc uisũ nõ est, sed duce aliquo opus esse existimaui, cuius ductu rudem adhuc & infantilẽ gressum extricaret, firmaretq;. Tuq; in hac re uisus es mihi aptissimus, nõ ea quidẽ ratione, quod eadem autoritate, diligentia, prudentia, ingenio, quibus una atq; altera legatione pro Cæsare inuictissimo apud regem Franciæ honorificentissimè functus es, & quibus quottidie rempublicam & amicorum priuatam geris, eam regere & gubernare posses: neque enim tanto hic opus est numine. Sed quoniam & tu pro tua singulari humanitate, comitateq;, posthabita dignitatis & authoritatis tuæ amplitudine, disputationi illi in meam gratiam ultro interfuisti: unde non indecorum putaui, si ea tibi ascriberentur, quibus tuam præsen-

tiam ueluti authoramentū quoddam præbuisti. Susci pe igitur nutriendam, ac promouendam quam me pariente uidisti prolem, Antistes amplissime, eamq́ sinu tuo integerrimo & ornatissimo ita foue, ut spes patri addatur, maius quàm hoc sit opus in manū tuam producere: quod à me, de quo plurimū es meritus, aliquādo potes expectare. Bene uale, meq́ (ut hactenus fecisti) commendatum habe. Dolæ, Calendis Ianuarijs. 1543.

INDEX LEGVM HAC repetitione nouiter declaratarum.

Rub. ad exhibendū. nu.4.
Lex 1. ff. eo. tit. num.17
Rub. ff. de l. Aquilia: de pignoraticia actio. & infra de in lit. iurando. num.29.
Lex 1. §. edēda. ff. eo. n.46.
§. si de adulterio. in autent. ut liceat matri et auię. n.71
Capitulum dixit, xxxij. q. 1. num. 85.
Capitulū, ne aliqua. cum capitulo seq. xxvij. q. 1. n.86.
Lex consensu. & l. fin. infra de repudijs. num.87.
Capitulum 1. §. 1. quibus modis feud. amitta. n.88.
Lex, quòd ait, ff. ad l. Iul. de adulter. num.89
Lex, et amicis. ff. eo. tit. n.91.
Lex prætor. ff. eo. n.103
Lex fin. in fi. infra eod. eodem num.
Lex si quis ex argentarijs. ff. eo. num.104.
Rub. ff. de liber. & posthu. num. 108.
Lex ei qui soluendo. ff. de hęredi. instituen. num.115.
Lex ij. & l. non est nouū. infra eo. num.118.
Rub. infra de executio. rei iudica. eodem num.
Glo. in l. filium quem. infra famil. hercis. num.120.
Lex quisquis. infra de donatio. num.123.

REPETITIO RVB. COD. DE EDENDO, EDITA AB EXCELLENtissimo Iurisconsulto, D. Nicolao Bellono patricio Casalensi, primo legum professore in Academia Dolana in Burgundia, secundo anno sui aduentus, &c.

Editionis species duplex. 1

Instrumentorũ & rationũ editio petitur etiam per actionem ad exhibendũ. 2

Edictum de edendo, est remedium extraordinarium. 3

Differentia inter editionem quæ petitur per actionem ad exhibendum, & eam quæ petitur per edictum de edendo. 4

Continuatio non est necessaria in principio libri, sed sufficit subordinatio. 5

Finis est dignior omnibus illis quæ ad finem ordinantur. 6

Iudicium conficitur ex pluribus & diuersis actis. 7

Magistratus prius sunt in consideratione, quàm iudicia quæ coram eis exercentur. 8

Iudicium non dicitur coram arbitris. 9

Testes examinati sine licẽtia iudicis, per tabellionẽ, nõ dicũtur iudiciarij. 10

Tractandum est prius de præparatorijs, quàm de re principali, cuius gratia præparantur. 11

Actio ad exhibendum, est præparatoria rei uendicationis. 12

Ordo alius est necessarius, alius ad bene esse. 13

Limitatio ad regulam, quod præparatoria sunt præmittenda. 14

Rei uendicatio potest intentari sine actione ad exhibendum. 15

Actio ad exhibendum fuit inuenta propter uendicationem rerum mobiliũ. 16

Actio ad exhibendum an omnino sit necessaria, quando uendicatur res mobilis. 17

Actio ad exhibendũ cõpetit propter alias actiones ultra rei uendicationẽ. 18

Attendi debet quod principaliter agitur. 19

Simplicia secundum ordinem naturæ prius fuerunt quàm mixta. 20

Actio ad exhibendũ magis participat de personali, quàm de reali actione. 21

Actio ad exhibendum competit etiam pro personalibus actionibus. 22

Actor an habeat facultatem quam malit actionem intentare, uel ad exhib. uel rei uendicationem. 23

Actio præparatoria potest cum principali cumulari. 24

Quando cumulantur actio ad exhibendum & rei uendicatio, prius est cognoscendum de actione ad exhibendum. 25

Rubrica aliqua potest præponi & postponi diuersis respectibus. 26

Rei uendicatio prius introducta est quàm actio ad exhibendum. 27

Actiones reales sunt pleniores & digniores personalibus. 28

Exemplatum non debet præcedere exemplar. 29

Quare rub. de in lit. iurando, ponatur in Cod. in materia tutelarum, & in ff. in materia iuramenti. 30

31 Iudicium cœptum quando propriè dicatur.
32 Iudicium habet tres partes, & ibi quæ sint istæ partes.
33 Quæ sint præpara[illegible]ria, [illegible], dec[illegible].
34 Edictum de edendo est præparatorium iudiciorum.
35 Rub. ponitur ad ostendendam materiam quæ in nigro tractatur.
36 Actor faciens mentionem in libello de instrumento, uel libro rationum, tenetur edere ante lit. contestatam.
37 Qualitas naturalis attenditur, non accidentalis.
38 Exceptio peremptoria potest opponi ante litem contestatam, ad impediendum processum.
39 Declaratio ad id quod faciens mentionem de instrumento in libello, ut teneatur edere ante litem contestatam.
40 Editio actionis principaliter consideratur in hoc edicto de edendo.
41 Titulus de fide instrumentorum, in quo differat ab editione instrumentorum ex hoc edicto.
42 Iudicium potest capi inclusiuè usq. ad sententiam.
43 Libellus est fundamentum iudicij.
44 Editio alia fit iudici, alia parti.
45 Editio non fit iudici ex hoc edicto.
46 Pars non tenetur edere instrumẽta parti ante litẽ contestatã ad deliberãdũ.
47 Differentia inter quando editio petitur à parte, & inter quando à tertio.
48 Edictum de edendo est præparatorium ex sui natura etiam quoad instrumenta & rationes.
49 Editio libelli an sit primum præparatorium iudiciorum.
50 Libellus an sit annectendus citatorio.
51 Dispositio non debet adaptari ad casus speciales.
52 Commißio iudicis requiritur in citatione.
53 Libellus non debet necessariò offerri iudici ante citationem uerbalem: secus ante realem, uel personalem.
54 Libelli editio ita est præparatoria, sicut citatio.
55 Ex præparatorijs infertur ad rem principalẽ, cuius gratia sunt præparata.
56 Intentãs possessoriũ censetur eligere iudiciũ directũ petitionis hæreditatis.
57 Aduocatus seu procurator defendens in iudicio præparatorio, tenetur defendere in iudicio principali.
58 Iudex habilitationis à iuramento, debet quoq; esse iudex causæ principalis.
59 Mulier conuicta de osculo luxurioso, an prohibeatur dotem repetere, sicut conuicta de adulterio.
60 Consuetudo osculandi & tangendi in Gallia, an propterea faciat osculum non esse luxuriosum.
61 Oscula & tactus etiam in Gallia, habent suos terminos honestatis.
62 Oscula & tactus sunt præparatoria adulterij.
63 Præsumptiones iuris sunt liquidißimæ probationes.
94 Adulterium an probetur per osculum luxuriosum.
56 Mulier cõdemnata de adulterio propter contumaciam non priuatur dote:

Osculum

Osculum & tactus sunt actus remoti à carnali copula. 66
Adulterium non potest directo probari. 67
Adulterium an probetur, si aliquis sit inuentus in domo pulchræ mulieris. 68
Osculum quando faciet uiolentam præsumptionem. 69
Confabulatio quomodo faciat uiolentam præsumptionem. 70
Verax probatio in materia adulterij quomodo dicatur. 71
Statuta loquentia de probatione, intelliguntur secundũ subiectã materiã. 72
Differentia est inter adulterium fictum & præsumptum. 73
Condemnari in criminibus quæ directo probari non possunt, potest quis ex uiolentis præsumptionibus. 74
Mulier an admittatur ad probandum contra præsumptionem adulterij. 75
Probatio admittitur contra præsumptionem iuris tantum. 76
Negatiua potest probari etiã non coartata, quãdo est cõiuncta sensui testis. 77
Vasallus priuatur feudo, si concubuerit cum uxore domini, uel cum ea turpiter luserit. 78
Res Veneris quæ dicantur. 79
Mulier priuatur dote, si accesserit ad conuiuia uel theatra inuito marito. 80
Filius potest exhæredari ex aliqua simili uel maiori, ultra causas expressas in iure. 81
Iura pœnalia non sunt extendenda. 82
Pœnæ mulieris committentis adulterium, an habeant locum in uidua committente stuprum. 83
Matrimonium non dissoluitur de iure canonico, sed fit separatio thori. 84
Separatio thori fit nunc tantum propter fornicationem. 85
Aliter punitur osculum, aliter adulterium. 86
In taxatiuis an sit licita extensio. 87
Matrimonij dissolutio cum difficultate permittitur. 88
Maior honestas requiritur in feudatario, quàm in uxore. 89
Pater non potest occidere filiã inuentã in adulterio, nisi plura interueniãt. 90
Pronomen ipsum facit demonstrationem præcisam. 91
Adulterium est grauius delictum, quàm homicidium. 92
Mulier relicta usufructuaria, si caste & honeste uixerit, priuatur usufructu propter osculum luxuriosum. 93
Donatio facta à marito uxori constante matrimonio, non confirmatur morte mariti, si mulier passa sit osculum luxuriosum. 94
Mulier quæ permisit se osculari uel tangi à seruo, non potest eum manumittere. 95
Pœnæ impositæ propter adulteriũ, habent locum in uidua propter stuprũ. 96
Ex eisdem causis quibus mulier priuatur dote, ex eisdem maritus donatione propter nuptias. 97
Mulier quæ commisit adulterium, quomodo possit saluari ne priuetur dote. 98
Instrumentorum appellatione ueniunt acta. 99
Instrumentorum appellatione ueniunt rationes. 100
Incertis, non certis locus est coniecturis. 101

Secundum

102 *Secundum communem usum loquendi, appellatione instrumentorum ueniunt acta, & non rationes.*
103 *Valet argumentum ab instrumentis ad rationes.*
104 *Instrumentum argentarij quid dicatur.*
105 *Edere quid sit.*
106 *Notarius cogi potest ad demonstrandum instrumentum, ut uideatur an ibi aliquid sit quod ad me pertineat.*
107 *Gerundia important necessitatem.*
108 *Participium futuri temporis necessitatem importat.*
109 *Agere & p[illegible] an q[illegible]r.*
110 *Nomina uerbalia habent significationẽ actiuam & passiuã, sicut gerundia.*
111 *Actiua & passiua significatio quæ sit.*
112 *Agere quando quis cogatur.*
113 *In dubio intelligitur de præcisa necessitate, non de causatiua.*
114 *Facta locatione cum pacto francandi, an conductor cogatur francare.*
115 *Pactum de renouando locationem, astringit locatorem ad renouandum.*
116 *Verbum significat factum, nomen substantiam & qualitatem.*
117 *Sat [illegible] Rub. quadrare his de quibus princip[illegible] in [illegible] tractatur.*
118 *Nomina uerbalia cum à uerbo descenda[illegible], non differunt à gerundijs.*
119 *Chirographum in quo quis confitetur se habuisse centum à Sempronio, dando [illegible] soluendo probat numerationem.*
120 *Voluntas sufficit pro ratione, in his quæ sunt iuris positiui.*
121 *Iustinianus in institutio. docet etiam formam agendi.*
122 *Accusans aliquem quod fecit insultum uulnerando, an uideatur de duplici crimine accusasse.*
123 *Testis, qui dicit testes falsum dixisse corruptos, ponit unum factum tantũ.*
124 *Gerundium quando adijcitur actui cui non conuenit, non disponit, sed qualificat actum.*
125 *Gerundium adiectum futuro tempori, importat conditionem.*
126 *Indefinita uerbi æquipollent uniuersali, sicut indefinita nominis.*



1 HVIVS tituli materia subtilis est, & utilis, præsertim in iudicijs. ideo oportet aperire aures, ut inquit Paul. de Castro, infrà eo. l. 1. in principio. Præmitte pro eius intelligentia duplicẽ editionis speciem. Alia est quæ petitũ à publicis personis, quæ ratione officij sui cõficiunt rationes & instrumenta ad instantiam alterius, ut sunt nummularij, argentarij, & nostris temporibus notarij: & de hac loquitur totus ferè titulus ff. eo. maximè l. prætor. in principio. & l. quædam. §. nummular. & l. 2. infrà eod. & fit hæc editio ad hoc, ut quis recuperatis suis rationibus & instrumentis, deliberet quid sit acturus: uel etiam postquã cœpit agere, ut probet intentionem suam. Alia est quæ petitur à parte, ut quia actor

tit à reo, uel reus ab actore, instrumenta aut rationes, uel edi-
tionem actionis: & de hac plerunque tractat hic titulus noster.
& l. 1. ff. eo. & de utraque uidebimus infrà in rub. cum l. 1. &
seq. Antequam ulterius procedam, aduertendũ est hunc ti-
tulum in multis uideri superfluum, cum alia uia ordinaria es-
set prouisum, ut instrumēta & rationes ederentur, scilicet per 2
actionem ad exhibendum. l. non ignorabit. l. instrumenta.
infra ad exhib. uel actione in factum. l. iij. §. pen. ff. eo. titulo.
Alberi. hic soluit, uerum esse quod nobis prouisum erat per
uiam actionis: sed operæprecium fuisse prætorem etiam offi-
cio iudicis litigantibus succurrere, potes confirmare ex eo
quod prætor solet sua remedia impartiri his quibus nihilomi
nus de iure ciuili prouisum erat. Instit. de bonorũ posse. §. 1.
& latius tradunt docto. in rub. infra. qui admitti ad bonorũ
posse. Hæc responsio non est terminalis, quia edictũ de eden 3
do est extraordinarium. Vnde cessaret, si daretur ordinariũ
remedium actionis. l. in causæ. la. 2. ff. de minoribus. Doctri.
Bart. in l. in prouincia. §. 1. ff. de noui oper. nuncia. & casus le-
gis in materia nostra in l. quædam. ff. eo. Nec obstat quod di-
ctum est de bonorum possessione, quoniam est remedium or
dinarium. argu. §. nouissimè. Instit. eo. titulo. Præterea proui
det pinguius, & in multis casibus est necessaria bonorũ pos-
sessio, ut nota in d. rub. qui admitti. ubi aliàs dixi diffusissi-
mè: ideo potest concurrere cum alio ordinario, ut per Bart.
in d. l. in prouincia. §. 1. propterea dic, actionem ad exhib. &
in factum dari, quando quis uult instrumenta uel rationes 4
uendicare respectu alicuius iuris quod in re prætendit, nam
illa ratione fuit inuenta actio ad exhib. l. 1. & 2. & l. 3. §. est au-
tem personalis. ff. ad exhib. At edictum de edendo habet lo-
cum, quando nullum ius prætendo in ipsa scriptura, sed de-
sidero fieri editionem, uel exhibitionem gratia alicuius meæ
utilitatis, quam ex ea percipere possum: puta, quia intendo
probare aliquid, ut l. 1. cum seq. infra eo. & ita uult Bart. infra
l. 1. prope fin. & in d. l. quædam. ubi facit longam distinctio-
nem, quomodo petatur editio instrumentorum, post glo. ibi,
& Cin. in d. l. instrumenta.

Glo. rub. diuid. in quatuor partes, ut per Iaso. & commu-
niter omnes. & secunda subordinatio est additio & declara-
tio primæ, super qua non insistemus. In prima parte glo. non
cōtinuat hunc titulum ad præcedentia, ut uult Bart. sed sub-
ordinat materiam sequentem ad præcedentem, assignando
rationem quare hic titulus præpositus fuerit sub sequenti ma
teriæ, & meritò. Cum enim in principio libri hic simus, non
est tractandum de continuatione, sed subordinatione, iuxta
gl. communiter approbatam in rub. ff. de condic. furti. pro 5

qua soleo allegare textũ in l. 1. in principio. ff. ad Trebell. ubi iurisconsultus subordinat in principio libri tractatum ad tractatũ. Sunt tamẽ qui dicant illam gl. id non probare, ad quod add. scitur, de quo aliàs dixi. Vide moder. in rub. extr. de iudicijs. & repetent. in rub. ff. si cert. peta. & Maria. Soci. in repet. rub. ff. de lega. 1. Hac ratione non est instandum, an fiat cõtinuatio ad proxima. secundũ l. 2. ff. de statu homi. Aduersus tamen dicta glo. plura obstant, & primò ibi sequitur de iudicijs. Simile factum est in ff. & Decretalibus, ut prius dictum sit de magistratibus, postea de iudicijs. Debebat tamen secundum Curt. iuni. prius tractari de iudicijs, postea de magistratibus per tex. in glo. allegatum in l. 2. §. post originem. ubi inquit Iurisconsultus, Postquam uisum erat de iure, esse subij-
6 ciendũ de magistratibus, maximè quòd finis est dignior omnibus illis quæ ad finem ordinantur. l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro & argent. legat. Sed magistratus sunt ordinati ad finem iudiciorum. respondet ipse secundũ philosophum, quod licet finis sit dignior & primus in intentione, est tamen ultimus in operatione. Verum facilè glo. defendi potest. Nam in §. post originem. bene procedit quod ibi dicitur, ut prius de iure, deinde de magistratibus, per quos effectus rei accipiatur, uidendum sit: nam prius constituenda est res, quàm persona, per quam res ad effectũ deducatur. Res enim ipsa præcedit effectũ suum. Sed hic nos loquimur de iudicijs
7 quæ conficiunt̃ ex pluribus & diuersis actis. c. quoniã contr. falsam. extra de probatio. Bart. in l. prolatam. infra de sententijs & interlocu. omni iud. & Docto. in rub. extr. de iudicijs. & cum ij actus coram magistratibus fiant. l. 2. & l. procurator. infr. eo. gl. in l. illud. in uerb. actorũ. sup. de sacrosanc. eccles. & in l. acta. ff. de re iudica. prius erat de magistratibus uidendum, coram quibus texitur hæc tela iudiciaria, & ad complementum perducitur, ante quod non dicitur iudiciũ: & sic considerantur prius magistratus, quàm iudiciũ. Et istud est quod
8 glo. subdit, Quæ per magistratus exercentur: quæ uerba per Bart. exponuntur, id est, quę coram eis agitantur, ut per eum hic in principio. & d. l. 2. & l. procur. in ea. ibi, quæ per magistratus exercent̃. Notandũ est iudicia per magistratus exerceri: subde, uel per eos quibus magistratus committunt, uel delegant, non per priuatas personas. Ex quo infertur, coram
9 arbitris non dici iudicium, cum iurisditionem non habeant, sed tantum notionem à partibus. l. ait prætor. in principio. §. de re iudica. Bart. in autent. offeratur. in fine, infra de lit. contestati. Item infertur, tabellionem non posse conficere acta iudicij sine licentia & cõmissione iudicis, cum sit priuata persona: & iudiciũ, id est acta iudicij debeant per magistratũ exerceri,

ceri, de quo latius tradit Deci. infr. eo. l. 2. in principio. & ideo testes examinati per tabellionem sine licentia iudicis, non dicerent iudiciarij. l. pen. ubi Docto. infr. de testibus. et quod 10
magis est, non sufficit auctoritas & commissio: sed requiritur ut ab eodem partibus præsentibus sit eis delatum iuramentū. l. iusiurand. & ibi nota. eo. titulo. & Canonistæ in c. in nomine domini. extr. de testibus. Sequuntur quidam Moder. infr. col. 2. in ea. ibi. & 1. de edendo. &c. iunctis uerbis sequentibus uult glo. primò esse tractandum de præparatorijs, quàm 11
de re principali, cuius gratia præparant. facit l. ordinarij. infr. de rei uendicati. & l. 1. ff. de interrogato. actio. cum similibus. confirmatur ex rub. ff. de inoffici. testa. quæ ideo est præmissa titulo de petitio. hæredita. quia est eius præparatoria, ut per glo. in d. rub. Contra hanc conclusionem obstat, quod actio ad exhibendum est præparatoria rei uendicationis. gl. in 12
l. ad rem mobilē. ff. de procurat. Bald. in l. 1. infr. ad exhiben. nam intentatur, ut postea res possit uendicari. l. 3. per totam legem. cum alijs legibus illius tituli. ff. ad exhib. & tamen in ff. & Cod. prius tractatur de rei uendicatione, quàm de actione ad exhibendū. Iason qui mouit primus difficultatem, respondet, ordinem alium esse necessariū, alium ad bene esse: hunc 13
autem rubricarum non esse necessarium, sed ad bene esse, allegat doctri. Bart. in l. 2. §. prius. ff. de uulga. & pupilla. ubi Bart. in fi. dicit, quoties constat de mente loquentis, non esse ordinem curandum. l. nec enim. ff. de solutio. l. cum pater. §. si fideicōmiss. de lega. 2. Sequitur Curt. senior col. 2. & Deci. qui dicit hanc rub. situatam esse secundum regulam præparatoriorum, à qua aliquando receditur: & satis esse, situationem esse factam secundū regulam. argu. glo. in l. omnis diffinitio. de regul. iur. & eorum quæ idem notat in l. i. eo. titulo. comproba. quia cōclusio quod præparatoria sint præmittenda, li 14
mitatur, nisi aliqua ratio contrarium suadeat. gl. communiter approbata. in rub. infr. de bonorū poss. contr. tabul. Hæc responsio confirmat argumentum, & retorquetur per Moder. Papi. hinc & in rub. extr. de iudicijs. col. 2. Nam si probabile est seruare ordinem præparatoriorum: igitur improbabile est quod fuit factum in rub. ad exhib. & ideo perquirenda est ratio, cum ista sint ad bene esse, & aliquando possit à regula recedi, quare ibi recessum fuerit à regula. Propterea Iason secundo loco hanc assignat, negando quod actio ad exhibendum sit perpetuò & necessariò præparatoria: cum rei uendicatio 15
possit sine ea intentari. l. unic. infr. de alienati. iudicij mutan. causa facta. c. examinata. extr. de iudicijs. Non igitur mirum, si in ea non est seruata regula præparatoriorum. Secus in editione libelli, & aliorum præludiorum, quæ necessariò præmit

tenda sunt ante litem contestatã. l. edita. infr. eod. Melior tex. in l. 1. ff. eo. in principio. ibi, edere debet. Deci. impugnat hãc responsionẽ, hic, & in d. rub. de iudicijs. col. 2. in ultima lectura, fatendo rei uendicationem intentari posse sine actione ad exhib. puta in rebus immobilibus: sed tunc cessat argumentum. Non enim quærendũ est quare non fuerit præmissa eo casu quo non competit. Militat itaq; oppositio in casu quo est præparatoria, scilicet quando datur pro mobilibus, quarum
16 gratia fuit inuenta. l. 2. §. 1. Cod. quando & quibus quarta pars. lib. 10. glo. in d. l. 3. §. sciendũ. ff. ad exhib. & glo. in d. l. ad rem mobilem. & tunc uidetur necessaria secundũ eum, l. 1. ff. ad exhib. ibi, perquã necessaria. Et hoc mihi placet: quia attenta responsione Iasonis, nec libellus est perpetuum præparatorium, cum sine eo multoties procedatur: ut per Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. & ibi Moder. ff. de offic. proconsul. & lega. Similiter confunditur attentis uerbis eiusdem Iaso. infra proxima. dum uult sufficere aliquid esse præparatorium aptitudine, ut animaduertit Curt. iunior hic in principio. Pro Iasone tamẽ facit, quia etiã in rebus mobilibus
17 non uidetur semper necessaria, cum sine ea res mobilis possit uendicari, licet non ita cõmode: ideo gl. in d. l. 1. ad exhib. exponit necessaria, id est utilis. Sed replicari potest, hãc utilitatem ita esse præcisam, ut lex appellet hanc actionem non modò necessariam, sed perquàm necessariam: ut in simili, in l. fin. ff. de separatio. iuncto eo quod in compluribus casibus absolute est necessaria. l. in rem actio. §. item quæcunq;. ff. de rei uendicati. l. gemma. & l. 3. §. si quis noxali. ff. ad exhib. cum similibus: unde semper militat contra Iaso. id quod ipse subijcit de aptitudine: quamuis hoc de aptitudine infra reprobabitur. Satis tamen est dicta Iasonis ex se cõfundi. et eadem necessitas quę fuit cõsiderata in d. l. 1. debebat quoq; haberi in situatione ipsius tituli. ¶ Secundo modo respondet Deci. hic, et in dicta rub. de iudicijs. quod respectu rei uendicationis, cuius
18 est præparatoria, debuit actio ad exhib. præmitti. sed cum competat etiam propter alias actiones, d. l. 3. per totam. l. respectu aliarũ, potuit postponi: ut sensit gl. in rub. infr. ad exhib. Facit quod tradunt Panor. & alij in rub. extr. de exceptio. dum uolunt illum titulum esse positum post titulum de litis contestati. propter exceptiones peremptorias, quæ post litem contestatam opponuntur: quamuis respectu dilatoriæ exceptionis, quæ ante litem contestatã opponitur, potuisset præmitti. Hæc tamen non placet eidem Decio, quoniã principaliter propter uendicationes inuenta & inducta est actio ad
19 exhib. d. l. 1. non propter alias causas. Et attendi debet, quod principaliter agitur, l. si quis nec causam, ff. si cert. peta. & eodem

dem modo reprobant d. Moder. Papi. in d. rub. de iudic. addentes etiam de aliis actionibus, pro quibus competit actio ad exhib. esse tractatũ ante titulum ad exhibendum. quod uerum est, ut per glo. in d. rub. infr. & ff. ad exhib. ¶ Tertio respondent, D. meus Alciatus hic, & d. Moder. in rub. de iudiciis, secundum ordinem naturæ prius esse simplicia, quàm mi- 20
xta: uel proprius loquendo, quàm composita: quia actioni ad exhibendũ non conuenit nomen hoc mixtę actionis. Panor. in c. 1. col. 4. extr. de summa trinita. & fide catholica. Sed rei uendicatio est simplex actio realis. §. 1. Institu. de actio. Actio uero ad exhibendum est composita ex personali & reali: & sic est personalis in rem scripta. l. 3. §. est autem personalis. & ibi glo. ff. ad exhib. Ideo fuit prius uidendũ de simplici, quàm de composito. Hæc ratio confunditur, quoniam ea attenta debuisset quoq; postponi tractatui simplicium actionum personalium, præsertim quod magis de personali participat. est 21
enim personalis, d. §. est autem personalis. licet dicatur in rem scripta, quia sequitur possessorem, sicut reales, ut docui anno proximo in rub. ff. si cert. peta. D. Moder. sennẽtes difficultatem, replicant actionem ad exhib. deseruire tantum realibus. Sed hæc solutio cõfunditur ex l. de eo. §. 1. & l. fi. ff. ad exhib. & ex l. 3. ff. de pignora. acti. ubi pro actione furti, quæ personalis est, datur ad exhib. Et ut pro personalibus competat, fir- 22
mat Odofre. in d. l. 1. ad exhib. Præterea saluatio non conuenit cum ratione per eos assignata, in qua cõsiderant prius esse dictum de reali, quia simplicia sunt præmittenda: non autem cui deseruiat actio ad exhib. ¶ Quarto dant iidem Moder. in d. rub. aliam rationem, ideo præmissam actionẽ realem, quia nunquam competit actio ad exhib. nisi prius competat realis: sed hanc puto falsam per l. 3. §. sciendum. et d. l. gemma. ad exhib. & d. l. in rem actio. §. item quæcunq; ¶ Aliam etiam hic ubiiciunt responsionẽ, quæ non congruit difficultati motæ: quia nos non quærimus quare potius in una parte quàm in alia sit posita d. rub. sed quare post titulum de rei uendicatione, & non antè ¶ Ultimo respondet D. Alciatus, hic non esse necessarium prius agere ad exhib. quàm rei uendica. sed esse in facultate actoris, quam malit primò intentare: sicut in inter- 23
rogatoriis actionibus unde potuit præponi & postponi, ad beneplacitũ. Verum decipitur Dominus meus, quia dictum suum iure non probatur. Nam gl. in l. 1. ff. ad exhib. à qua credo eum sumpsisse hanc rationẽ, non dicit esse in facultate actoris, qua malit agere actione, sed quod simul agere potest utraq;. Et istud est uerũ. nam cumulari possunt eodem libello, ut tradunt doct. in l. edita. infra eod. in ultimo genere cumulationis, & ibi Deci. etiam in primo genere tradentes hoc

24 pro regula: quod ubi una actio est præparatoria ad aliam, potest utraque eodem libello cumulari: sed tunc, si simul proponantur, uidebitur prius intentata actio ad exhib. ex ordine, quia prius de ea fit mentio in libello iuxta doctri. Bart. in d. l. 2. §. prius. ff. de uulga. & pupilla. Item quia actio ad exhib. tunc proponitur simpliciter, & rei uendicatio sub conditione, scilicet peto rem exhiberi, & si exhibita fuerit, restitui: ut uult gl. fi. in fi. in l. qui de inofficioso. et ibi Bart. ff. de inoffici. testam. idem dicentes in querela inofficiosi, & petitione hæreditatis. facit in simili quod uult Bart. in l. nō ab re. infra unde ui. & uidimus anno proximo in Repeti. quā feci in fine anni, de l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. ubi in dictis locis fertur sententia super diuersis rebus, partim simplex, partim cōditionalis: non tamen hoc est ex necessitate, ut uult Bart. in l. 1. in princi-
25 pio, col. pen. ff. de actio. empti. Item & tertio. quia licet simul cumulentur, tamen prius de actione exhib. cognoscitur, ut per gl. in d. l. 1. ad exhib. Ex his apparet, male saluari posse glosam nostram à supradicta impugnatione: & hoc admittit Curt. iunior. Considerabam altero de duobus modis eam defendi posse. Nam reperio unam & eandem rub. quod magis
26 est diuersis respectibus præponi, & postponi, & nihilominus talis ordo non est improbatus, ut uidere est in rub. ff. & Cod. de milita. testa. Declarant Doct. in d. rub. Cod. de milita. testam. & dixi in rub. institu. de testam. Si igitur præposita fuisset rub. ad exhib. rei uendicationi conueniens fuisset, quoniā est præparatoria, ideo præmittenda, ut uult hic glo. nostra.
27 Fuit tamen alia ratione postposita, quia rei uendicatio prius introducta est, & postea actio ad exhib. propter ipsas uendicationes. l. 1. ff. ad exhib. ideo de antiquiore tractandum. arg. §. singulorum. Instit. de rerum diuisi. & notatorum per glo. in rub. ff. si quadrupes. pauper. fecisse dicatur. Deseruit enim actio ad exhib. actioni reali, quamuis prius intentetur, & de ea cognoscatur: ut famulus qui præcedit dominam, & tamen illi deseruit. Cum itaque tractasset Iurisconsultus de actionibus realibus, tam uniuersalibus quàm particularibus, cōsentaneum fuit subijcere de actione ad exhib. quæ illis deseruit. Vel aliter, & hoc puto uerissimum: Iurisconsultus tractaturus de actionibus, post tractatum personarū et rerum,
28 præposuit de realibus, tanquam plenioribus & dignioribus, ut uidistis anno superiore in rub. ff. si cert. peta. quamuis aliter tenuerim in primo libro Supputationum, cap. octauo. Postea ante personales arbitratus est conueniens subijcere actiones, quæ ad similitudinem realium competunt, id est mixtas, & in rem scriptas: ut per gl. in d. rub. ff. si cert. peta. Cum itaque actio ad exhib. sit etiam ipsa in rem scripta, d. l. 3. §. est autem perso-

personal.iunc.gl. Fuit in hac parte reseruata, ne exemplatum
præcederet exemplar. argu. l. in testamento. la. 2. ff. de con- 29
ditio. & demonstrati. Potuisset tamen etiam præponi ratio-
ne, de qua per glo. nostram confirmantur prædicta ex rub.
ff. de l. Aquilia. quæ potuisset poni inter personales actiones,
cum sit personalis. particulari tamen ratione fuit collocata in-
ter actiones de damno dato, cum per eam quis damnum sibi
datum cõsequatur. Institu. de lege Aquilia. ut per gl. in rub.
ff. de lege Aquilia. Simile est in pignoraticia actione, quæ est
posita inter personales: quia personalis potuisset tamen po-
ni in tractatu pignorum & hypothecæ, cui conuenit argu. l.
2. §. quartus. s. de ueter. iur. enucl. Facit etiam rub. ff de inter-
rogato actio. quæ tanquã præparatoria realium quoq; actio-
num. l. 1. & ibi gl. in uerb. actio. ff. ad exhib. debuisset præpo-
ni realibus, & tamen fuit posita post actionem ad exhib. pro-
pter conuenientiam quam secum habet: ut per gl. in d. rub.
de interrogato. actio. Item rub. de in litem iurando ponitur
in ff. in tractatu iuramenti. & tamen in Cod. inseritur in tra-
ctatu tutelarum speciali ratione: ut per glo. in d. rub. infr. de 30
in litem iurand. Concludendum itaq; est, præparatoria præ-
mittenda: ut uult glo. & hoc est regulare. ab hac tamen regula
aliqua particulari ratione recedi, & rationem suprà posui, &
confirmaui. ibi, quod est præparatorium iudiciorum pro
intelligentia infrà dicendorum præmitte, quod licet sit ma-
xima altercatio inter Doct. quando dicatur iudicium cœptũ:
tamen communis est ut sit proprie iudicium cœptum, & in- 31
choatum per litis contestationem. gl. in l. i. infr. de iudicijs. bo
nus tex. iuncta gl. quæ alia iura inducit. infr. §. si uero apud.
in autent. de litigio doct. in rub. infr. de iudic. & in rub. extr.
eo. titulo. ubi Deci. col. 6. Hoc iudicium ita formatum habet
tres partes, principiũ, medium, & finem. autent. ad hæc. infr.
de iudicijs. principium est usq; ad litis contestationem, mediũ 32
usq; ad conclusionem in causa finis usq; ad diffinitiuam: ut
per Bart. in l. 2. ff. de furti. col. 2. Alex. & Moder. in d. autent.
ad hæc. Quæ fiunt in principio iudicij usq; ad litis contesta-
tionem, dicuntur præludia, & præparatoria, & antecedentia 33
iudicij. gl. notab. in autentico. in medio litis non fieri sacr.
iussi. §. fi. in uerb. procœmijs. & in clem. 1. de iudicijs. in uerb.
citationes. Bart. in l. si insulã. in viij. opposi. primæ partis. ff.
de uerb. obliga. Bald. in autent. clericus. col. fin. uersic deinde
quæritur. Cod. de episc. & cleri. quæ in medio fiunt à litis cõ-
testatione usq; ad conclusionem in causa instructoria, quia in-
struunt iudicium, ut instrumenta, testes, rationes, & aliæ pro-
bationes l. 1. ff. de fide instrumentorũ. l. fi. infr. eo. ibi, instrue-
re contendit. l. si quis ex argenta. §. prætor. & l. argentarius. §.

1.

1.ff.eo.Bald.in l.1.§.similiq; modo.e l.2.infr.de latina.liberta-
tollen d.& hic. quæ uero in fine decisoria: ut per eundẽ Bald.
in d §.similiq; modo.& ad hanc diuisionem faciunt nota. per
Deci. in l.fauorabiliores.ff. de regul.iur. His sic præmissis,
habetur conclusio ex gl. edictum hoc de edendo esse præpa-
34 ratorium iudiciorum. Aduersus quam facit, quia hic tractat
non modo de his quæ fiunt ante litem contestatam, & sic de
præparatorijs: sed de his quæ fiunt & eduntur post litem con
testatam, id est de instructorijs, ut de rationibus, instrumẽtis,
actis.quinimò sola l.edita.loquitur de præparatorijs: reliquũ
tituli de instructorijs.ideo gl.in rub.ff.eo.in fi.inquit: Sola a-
ctio editur in principio iudicij: cætera uerò in processu causę.
Docto.omnes fatentur contrarium, & restringunt gl. in edi-
tione libelli. Verum istud est contra expressam intentionem
ipsius gl.quæ postquam subordinauit hanc rub.& dixit pri-
mo de edendo quod est præparatorium, &c.statim subdit: &
35 nota.quod tripliciter edictũ de edendo dicit: & cum rub.po-
natur ad ostendendam materiam quæ in nigro tractatur iu-
xta nota.in l.1.ff.si cert.peta.et nigrum tractet plerunq; de in-
structorijs: ideo gl.accepit edictũ de edendo, quoad omnia.
Est igitur inuestigandum, quomodo respectu omnium quæ
in hoc titulo ponuntur, possit saluari dictum gl. Iason respon
det, acta instructoria potentia esse præparatoria. Ideo si quis
36 in libello faciat mentionem de instrumento uel libro rationũ,
teneri illud edere, ut per Innocent. & alios in c.1.extr.de pro-
batio. Bart.in l.postquam.§.dies. ff.ut legato. nomine cauea
tur. Inde est quod cessionarius faciens mentionem de instru-
mento cessionis, in libello debet illud statim edere. Bald.in l.
qui stipẽdia.prope fi.infr.de probatio. sequitur D.Alciatus
hic in fi.Deci.reprobat hanc saluationem Iasonis: quia non
debet cõsiderari, quod per accidens acta instructoria possint
37 esse præparatoria: nam qualitas naturalis rei, nõ accidentalis
attendit. l.2.in principio. ff.de tutel.notat glo.in l.certi con-
dict.in uerb.lege Aquilia.ff.si cert.peta. Facit quod notatur
38 per Panor.& alios in rub.extr.de exceptio. ubi licet exceptio
peremptoria ad impediendum processum possit per accidens
opponi ante litem contestatam.c.1.de litis contestati.in vi.nõ
tamen id attenditur, sed eius natura, quæ est ut post litem con
testatam opponatur, præsertim quia intentio gl.non potuit
esse talis, cum se referat ad ll. huius tituli, in quibus tractatur.
de actis instructorijs ad finem probandi, non deliberandi. Et
hoc mihi placet: quia nulla est lex hic, nec ff.eo. quæ loquatur
de huiusmodi potentia à Iasone cõsiderata. Item non est etiam
simpliciter uerum, quando fit mentio in libello de instrumen
39 to, quod debeat edi ante litem contestatam: sed solum quan-
do

do ex tali mentione aduersarius non potest esse clarus & cer- 39
tus ex narratis in libello, an uelit cedere, uel contendere. Bart.
in d.l. postquam. §. dies. Panor. in d.c.1. de probatio. col. an-
tepen. & ita hoc non est ex se, quod etiam per accidens instru-
menta sint præparatoria: sed propter aliud, scilicet ad clarifi-
candum libellum. Item, quia & hoc casu si instrumentum nõ
spectet reo, non fit editio ante litem contestatam, ut per Bart.
& Panor. ubi suprà. Secundo modo respondet Deci. redeun
do ad communem responsionem Doctorum, ut gl. intellexe
rit hunc titulum esse præparatorium respectu actionis, cuius
editio principaliter consideratur in hoc edicto. l. edita. infr. eo. 40
l.1. ff. eo. non obstat quod subijciatur quoq; de actis instructo
rijs. Nam cum dixisset de editione actionis, hinc sumpta oc-
casione ne diuideretur tractatus editionum, inseruit simul de
editione instrumentorum, rationum, &c. Moder. Papien. hic
impugnant, quoniam hac ratione attenta, debuisset hic to-
tus tractatus editionis instrumentorũ poni, & tamẽ alibi eius
pars est collocata. ut in titulo infr. ad exhib. & de fide instru.
maximè in l. instrumenta. & in l. non ignorabit. Sed dic, in il- 41
lo titulo de fide instru. tractari de effectu probationis, id est,
quam fidem habeant instrumenta producta: hic uerò de edi-
tione instrumentorum ad finem postea probandi. l.2. & l. nõ
est nouũ. infr. eo. Item in titulo ad exhib. non tractatur prin-
cipaliter de exhibitione ad effectũ probationis, sed ut res uen
dicetur, ut dixi suprà in principio huius rub. & sic materia est
diuersa. Vnde mihi placeret respõsio Decij, quam sequit᷑ Al-
ciat. & Curt. iunior. Si appareret gl. uoluisse se referre tantum
ad editionem libelli, pro qua faciunt notata per Io. Andr. &
Panor. in rub. extr. de exceptio. ubi in tractatu peremptoria-
rum exceptionum miscentur quoq; dilatoriæ, ne materia diui
deretur. adde optimam gl. in rub. infr. qui admitti. dum uult
occasione bonorum possessionis quæ datur in bonis liberti,
poni generaliter de omnibus bonorum possessionibus. ad i-
dem gl. in rub. infr. de bonorum possessi. contr. tab. Sed cum,
ut suprà dixi, glo. expresse se retulerit ad alia acta quàm libelli
editionem, est inuestigandum quo modo respectu aliorum a-
ctorum hoc edictum sit præparatoriũ. Ideo tertio loco idem
Deci. respondet, gl. saluari posse, quia accepit uerbum iudiciũ 42
inclusiue usq; ad sententiam: quod apparet ex eo, dum gl. di-
cit, sequitur uidendum de iudicijs quæ per magistratus exe-
quuntur. nam talis executio respicit sententiam, qua median-
te tribuitur unicuiq; quod suum est: nec est inconueniens, ut
sub nomine iudicij sententia includat᷑. gl. in l.1. infr. si aduer-
sus rem iudica. gl. in c. statutum. §. insuper. de rescriptis. in vi.
Hoc dictum Decij in se est uerum, ut iudicium aliquando po

natur pro sententia. Sed in proposito nostro est contra mentem expressam & tacitam huius gl. Primò, quia gl. non dicit quæ per magistratus exequuntur, sed exercentur. Item gl. refert subordinationem suam ad rub. infr. de iudicijs. & dicit hanc rub. esse præparatoriã ad illam, ut uult etiam in d. rub. de iudicijs. & ibi tractat de inchoatione & principio iudicij, mediante litis contestatione, non de sententia. l. 1. & ibi gl. & l. 2. cum seq. illo titulo. & dixi supra in euidenti huius conclusionis. Quartò aliter respondet Rimin. infr. col. 3. sequitur Curt. gl. habuisse respectum ad libelli oblationem tanquam
43 digniorem, cum libellus sit fundamentũ iudicij: & ideo quãuis defectus in alijs præparatorijs non uitiet iudicium, tamen defectus libelli in quo iacet fundamentum iudicij, reddit iudicium nullum. Bald. in autent. contr. rogatus. prope fin. infra ad Trebell. Vel aliter, quod hic principaliter consideratur editio actionis. argu. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. ut latius per eum. si gl. retulisset se ad libellum, essent satis coloratæ & persuasiuæ responsiones: sed ad alia se gl. retulit, ut dixi iam pluries, igitur non conuenit. Quintò respondent hic Moder. Papi. gl. saluari posse distinguẽdo: nam alia est editio
44 instrumentorum quæ fit ad finem probandi, & ista fit iudici, & non parti. l. quingenta. ff. de probatio. & ibi gl. in uerb. iudici, plura allegat. et hæc est instructoria, de qua loquitur arg. supra factum aduersus conclusionem gl. Alia est quæ fit ad finem instruendi aduersarium, an uelit iudicium suscipere, uel deserere: & ista fit parti. et hæc est præparatoria, de qua tractat titulus noster l. 2. ibi, inspicienda. & l. qui accusare. ibi, inspiciẽdorum. infr. eod. & uidetur optimus text. in l. 1. §. edenda. ibi. usurus est. ff. eo. & ibi Bald. notat de hac duplici specie editio
45 nis. Hæc responsio est deterior cæteris: & quemadmodũ puto, contra terminos huius materiæ, in primis quoniam nulla editio fit iudici, etiam ad finem probandi, sed parti, quæ officio iudicis cogit aduersarium ex causa sibi edere secundũ cõmunem opinionem Bart. & aliorum infr. l. 1. in fi. & habetur in omnibus legibus huius tituli, ut facta editione producat illa instrumenta, uel rationes in iudicio, et fidem faciat iudici de narratis & petitis: & hoc est quod uult d. l. quingenta. cum gl. & l. procurator. infr. eo. ibi. apud iudicem. Et quod non sit in consideratione hæc productio quæ fit iudici, optimè probat Rimin. col. 2. Secundò, quia non tenetur pars edere instru-
46 menta parti ante litem contestatam ad deliberandum. ut per Bart. in d. l. postquam. §. dies. gl. & communiter Doct. in d. l. 1. §. edenda. qui ita intelligunt illum §. Vnde nõ possunt hoc respectu dici præparatoria, nisi quãdo de instrumẽto est facta mentio in libello: & tũc illud est per accidẽs, & propter aliud, ut

ut dixi supra, circa responsionē Iasonis. Cum itaq; supradicta non tollant difficultatem, considerabam gl. saluari posse hoc modo. Aut editio instrumentorum & rationum petitur à par 47
te, & tunc nō est præparatoria, sed instructoria, cum non possit peti, nec fiat ante litem contestatam, ut proxime dixi: aut petitur à tertio ad finem, ut quis ueniat instructus ad iudicium, iuxta l. 2. infr. de dilationibus. & cum tunc fiat ante litis contestationem, erit præparatoria, sicut editio libelli. & de hac editione facienda à tertio, habetur per ll. huius tituli, præsertim in l. qui accusare. & in l. procurator. & in toto titulo ff. eo. Et quamuis aliquæ ll. loquantur de editione instrumentorum seu rationū facienda à parte, hoc nihil refert. Nam cum 48
edictum hoc etiam respectu instrumentorum, & rationum, non dico potentia, ut dicebat Iason, sed ex se & sui natura sit præparatorium, ut statim declaraui, & etiam instructorium, considerata ea ratione quod sit præparatorium, fuit præmissum simul cum editione libelli quæ præparatoria est.

Ex eadem parte secundum communem intellectum, quod gl. intellexerit hoc edictum esse præparatorium iudiciorū respectu libelli tantum, colligitur aliud, editionem libelli & a- 49
ctionis esse primum præparatorium iudicij. Inquit enim glo. & primo de edendo. quod est præparatorium, &c. ex quo infert hic Bald. post Francisc. Tigrini. libellum esse annecten- 50
dum citatorio, quando reus à principio citatur, aliàs citatio esset primum præparatorium. sed quantum ad hoc, communis est, ut testaē Alex. & Claudius à Seisselo ex ciuitate Aquensi patriæ meę Montisferrati, nō esse de necessitate. Super quo latius insistit Rimin. ad quem te remitto, quia non est materia hic tractanda. Quantum uero ad primum, obstat, quod citatio uidetur primum præparatorium iudicij, non editio libelli. §. fi. Institu. de pœna temerè litiganti. Ideo uidemus in ff. præmissam rub. de in ius uocand. ante rub. de edend. Et hanc difficultatem mouet Iaso. col. 2. cui respondetur diuersimode per Doct. Et primo Alex. inquit dictū gl. saluari posse in pluribus casibus, in quibus cum citatorio debet mitti libellus, ut per Imol. & alios in l. si finita. §. Iulia. ff. de damno infect.
Non placet Riminaldo, quia in dubio dispositio aliqua non 51
adaptatur ad casus speciales. l. nam ad ea. ff. de legibus. l. 4. ff. de fideicommissa. liberta. Item hic titulus loquitur de editione actionis generaliter & regulariter. l. edita. infr. eo. & eodē modo rub. & edictum prætoris, ad quod gl. se refert: ideo intelligi nō potest de illis casibus particularibus, & specialibus: & bene. Secundò saluat idem Alex. intelligendo gl. in editione libelli quæ fit iudici, ut eo uiso mittatur parti, & citetur. nam in citatione requiriē commissio iudicis. l. fin. ff. de exhib.

52 reis.l.cum clericis.supra de episco. & cleric. l.neminem. ubi Bart.notat infr. de exhib.reis.& iudex non debet cōmuniter citationem nisi uisa continentia libelli an iusta sit, uel iniusta. ut per Odofred.& Bald. in d.l.cum clericis.& idē sensit Bart. hic in principio. ibi.in productione libelli. pro qua facit duplex editio considerata à Baldo in d.l.1. §.edenda. Hæc tamē responsio non quadrat, quoniam non tractatur hic, nec in ff. de editione actionis uel libelli, quæ fit iudici, sed quæ fit parti, ut infra l.edita. & ff.eod. l.1. ut per Rimin. col.2. & Lancel. Deci.& Iaso.in rub.infr.titulo proximo in fi.probat Soci. ratione: quia si fieret iudici, non ostenderet speciem actionis parti sicut requirit l.edita.& etiam quod fiat iudici hoc non consideratur, quia fit ad finem, ut per eum parti innotescat: ut optime deducit idem Rimin. Item nō est hoc ex necessitate, quod dicunt Bald.. & Odofred.sed ad bene esse. ut per Iaso. Et uerum est non requiri necessariò libellum offerri iudici ante cita

53 tionem, ut per gl.in autent.offeratꝰ. cum qua ibi transit Bart. & cōmuniter alij.nec obst.l.neminē.cum ibi notat. per Bart. quia procedūt in citatione reali & personali. Secus in uerbali, quæ fieri potest sine cōmissione iudicis.Innocent.in c.quoniam contra.extra de probatio.Bald.in l. si quando. infra de testibus xij.q.col.fi.quos sequitur Deci.in d.rub. infr. titulo proximo. ubi dat aliam responsionem in finalibus uerbis. Tertio respondet Antonius de Alexandro, et Rimin.dicit esse puram ueritatem, quod & citatio, & libelli oblatio sunt præparatoria.sed Iaso. reprehendit, et bene: quoniam non disputamus an utrunque, & citatio, & libelli oblatio, sit præparatoria nec ne, sed quid dicatur primum præparatorium. Vltimo Iaso.aliter respondet, cuius responsio fuit Bart.in rub. proxima de in ius uocand.licet idem ibi reprobet. & in effectu fatetur argumentum, quod citatio est primum præparatorium, ideo debuisset hic præmitti, sicut factū est in ff. Nō obst. rub. infr.de in ius uocand. quia ibi tractatur de uocatione speciali quarundam personarum, quę non possunt in ius uocari sine causæ cognitione, ideo libellus præcedere debet. et cum ea trāseunt cōmuniter Doct. infr. in rub.proxima. Sed propterea gl.non saluatur, at potius impugnatꝰ: ideo pro saluatione gl. dic, tantundē esse primum præparatorium libelli seu actio-

54 nis editionem, sicut citationem. nam in hoc attenditur consuetudo, secundū quam alibi prius editur libellus, alibi citatio, alibi cum citatorio mittitur libellus: ut per Bart. in autent. offeratur. infr. de litis cōtestatione. ubi hoc modo saluat situationē rub. ff. et Cod.de in ius uocando. Ex quo infero, quod et si rub.infr.de in ius uocando, tractaret de generali uocatione in ius, sicut rub. ff. eo. titulo, nihilominus diuersis respectibus consi-

consideratis ibi per Bart. posset saluari situatio dictarum rubricarum. Vel alio modo, saluo gl. intelligēdo eam ut habuerit respectum ad editionē actionis, seu libelli, ante autentica offeratur. quæ est ius nouissimum, quæ fiebat modo quo habetur in l. 1. & ibi gl. in uerb. eam edere. & l. si quis ex argentarijs. §. si initium. in fi. ff. eo. Et tunc omnimodo editio actionis est primum præparatoriū, ut sensit etiam Imperator in l. 1. infr. de litis contestatione. ibi. inter litem enim contestatā et editam actionem. & sic capit editionem actionis pro principio.

Ex eadem parte ultimò colligitur, ex præparatorijs inferri 55
ad rem principalem, cuius gratia sunt præparata & præmissa. unde præmissio præparatoriorum arguit rem principalem adesse: quod seruit ad plures decisiones, ut per Deci. hic & in rub extr. de iudicijs. in principio: ubi Moder. et Curt. iunior, hic & in ru. ff. de iudicijs. Nam proponendo aliquod præparatorium, uideor illud eligere cuius est præparatorium & preambulum. ideo si possum petere hæreditatem iure directo, & iure fideicommissi, ut in l. fi. infr. de codicillis. & prius intētauero & proposuero interdictum possessoriū, agendo de pos- 56
sessione, uideor eligere ut iure directo hæreditatem cōsequar: quia possessorium est præambulum directi iudicij, petitionis hæreditatis, nō fideicommissi. Non enim potest fideicommissarius iure suo petere possessionē bonorum, l. fi. infr. de edic. diui Adriani tollend. Ita decidit Bart. in d. l. fi. de codicillis. & ibi Bald. & Salic. Et aduocatus seu procurator qui defendit a- 57
liquem in iudicio præparatorio, puta restitutionis in integrū, tenetur et cogi potest eum defendere in causa principali. l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurato. & ibi Bart. not. licet nō cogatur, qui defendit in causa principali, defendere, in causa appellationis. l. inuitus. infr. de procurato. Bart. in d. §. item quæritur. & iudex iudicij præparatorij, erit quoq; iudex iudicij præparati. Ideo si quis dicat se læsum ex cōtractu iurato, uel uelit dicere contractum iuratum esse simulatū, & petat absolutionem seu habilitationē à iuramento corā episcopo, 58
coram eodem iudice debebit causa principalis terminari. ita decidit Bald. in l. ordinarij. infr. de rei uendicatione. Et licet aliqua cōtra eum obijciant, est tamen summum dictum communiter receptum: et secundum illud plures consuluerunt, ut testatur Feli. in c. præterea. col. xi. infr. de sponsalibus. Deci. in. d rub. extr. de iudicijs. col. 2. & ibi Moder. Papi. col. 4. & Curt. seni. hic. Et si coram aliquo iudice est petita exhibitio alicuius scripturæ uel instrumenti, hic qui fuit iudex præparatoriæ exhibitionis, erit quoq; iudex in causa principali. ut per Alex. consi. 52. col. fi. uolu. 1. mouetur per dictum Bald. in d. l. ordinarij. Vltimò facit hæc gl. quod sicut mulier conuicta de 59
adulte-



adulterio, non potest dotem repetere facta thori separatione. c. plerunq;. ext. de donatio. inter uir. et uxor. ita si sit conuicta de osculo luxurioso, uel tractatione mamillarum: quoniā huiusmodi actus sunt præludia & præparatoria adulterij. glo. in l. quod ait lex. ff. ad l. Iuliam. de adulterijs. & in l. 1. ff. de extraordina. crimin. in principio. & ex præparatorijs infertur ad rem principalem. ut per gl. nostram: & ita decidit Bald. in c. tuæ. extr. de procurato. uersic. quid si absque carnali copula. Hæc decisio est multum rigorosa: &, ut inquit hic Deci. solet deterrere mulieres: ideo operæpreciū esse existimaui eam latius discutere, præsertim quia quæ in hoc articulo deducenī, poterunt seruire ad alias plures difficultates. Verum antequā ulterius procedam, tollam de medio quendam errorem, qui est apud aliquos, credentes hanc quæstionē esse hic superfluā propter consuetudinē osculandi & tangendi, ut uolunt Mo-
60 der. Papi. in d. rub. extr. de iudicijs. col. 4. qui postquam retulerunt & secuti sunt dictum Bald. limitant, ut non procedat in locis ubi esset contraria consuetudo. & quidam Gallus in suo uiatorio iuris, in prima parte, in rub. de adulterijs, charta tertia. qui postquam posuit prædictam decisionem, subdit: Nos tamen Gallici, qui fidem habemus de honestate mulierum nostrarū, arbitramur semper in bonam partem, & quod omnia talia bene & honeste ex amicitia contingant. Sed decipiuntur hi patres: quoniam nulla prorsus est differentia inter hanc regionē, & quamuis aliam, ubi strictissime uiuatur, datis terminis paribus. Siquidem fateor non ita facilè osculū & tactum esse luxuriosum hic propter consuetudinē, sicut alibi. & idem est in Italia, & in Hispania, secundū mores diuersarum regionū: sed nos non disputamus quomodo & quando osculum dicatur luxuriosum, sed præsupponimus osculū & tactū luxuriosum: deinde quærimus, nunquid mulier propter hos actus perdat dotem. et dubitandum non est, etiam secundum hanc consuetudinē Burgondicam, oscula & tactus habere quosdā terminos honestatis, ultra quos si mulier pro-
61 grediatur, erit actus libidinosus. Finge ergo secundum mores regionis, circunstantias, ex quibus osculum hic sit luxuriosum, & tunc erit in conclusione Doctor. Nam quoties de uno quæritur, in alijs præsupponuntur termini habiles. l. qui testamento. ff. de testamentis. Præterea consuetudo ista habet locum in uirginibus, & filiabus innuptis: & nos loquimur de adulterio quod cōmittitur cum nuptis, cum quibus, ut docet experientia, etiam hic cessat huiusmodi consuetudo, uel saltē non est tanta. Vnde facilius oscula dici possunt luxuriosa, redeundo ad dictum Bald. quamuis unico cōtextu examinetur à Doctoribus, qui plura argumenta cumulant ad diuersa tendentia.

dentia. Nos distinguemus articulum in duos casus principales, applicando singula argumenta singulis suis proprijs casibus. Primus casus erit, quando maritus accusat uxorem de adulterio ad amissionem dotis: & ad illud probandum deducit osculum uel tactum luxuriosum, an ex his actibus inferatur ad probationem adulterij. & in his terminis proprie quadrat conclusio glosæ nostræ. Secundus erit, quando maritus non accusat uxorem de adulterio, sed tantum de actu luxurioso, & eam conuincit de tali actu, & uult quod sicut conuicta de adulterio non posset dotem repetere, ita cōuicta de osculo tantum, uel alio actu libidinoso.

Circa primum uidetur dicendū, ex tali osculo uel tactu inferri ad adulterium: & illud probari, quia oscula & tactus huiusmodi sunt præludia & præparatoria adulterij. glo. in d. l. 62
quod ait. ff. de adulterijs. & in d. l. 1. de extraordina. crimini. & ex præparatorijs infertur ad id cuius gratia præparantur. ut per gl. nostram. & seruiunt decisiones suprà positæ. Secundo facit text. xxvij. q. 1. c. ne aliqua. ubi ex istis præludijs mulier uidetur confiteri delictum. & gl. ibi in uerb. confitetur, dicit ex his præsumi adulterium. Ad idem optima gl. xxxij. q. 1. c. dixit. quæ uult, suspicionem adulterij probare adulterium seu fornicationē. & gl. in l. quamuis. la. 2. in uerb. ream. infr. ad l. Iul. de adulter. Facit, quia præsumptiones iuris sunt liqui 63
dissimæ probationes. glo. in l. si tutor petitus. infr. de pericu. tuto. & prædicta omnia tanto magis procedunt in adulterio, quod non potest directò probari: ut per Bart. in l. 2. §. fi. eo. titulo, de adulter. Canonistæ in c. literis. ubi casus. extr. de præsumptio. & ita in terminis nostris decidit Bart. in d. l. quod ait. et in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adulter. Angel. in d. l. 1. ff. de uarijs & extraord. crimi. Panor. in c. præterea. extr. de testib. col. 2. Deci. hic, & in d. rub. extr. de iudicijs. in principio. & est communis opinio. In contrarium, quod adulterium nō 64
dicatur probatum, facit doctri. Bart. in l. 1. Cod. de fide instrumento. in prima opposi. ubi uult, præsumptiones iuris nō esse probationes. Secundò uidetur casus expressus pro hac parte in §. si de adulterio. in autent. ut liceat matri & auiæ. ubi uerax debet ostendi accusatio adulterij, ut mulier perdat dotem. Sed hæc esset probatio præsumpta. et per istum tex. consuluit Petrus de Ancara. consil. 408. quod mulier condemnata propter contumaciā de adulterio, non priuabit̄ dote sua ex quo 65
tale adulterium non est uerax. Et propter istud fundamentū, cui nesciuerunt respondere, hanc partem secuti sunt Moder. Papi. in d. rub. extr. de iudicijs. Tertiò, & si diceretur probatum, esset tamē probatio facta per præsumptiones, ex quibus quis condemnari criminaliter non debet. l. absentem. ubi gl.

Bart.

Bart. & alij ff. de pœnis. etiam si præsumptiones essent uiolentæ, secundum magis communem opinionem: ut per Gandinum in tracta. malefi. in titul. de præsumptio. & iudicijs indubita. col. fi. & latius ostendit Hippoli. de Marsil. in repeti. infr. de probatio. num. 237. Quarto facit auctoritas Bald. in l. si quis non dicā rapere. in vi. opposi. suprà de episco. & cleri.
66 qui uult quod osculū sit actus remotus à carnali copula. ideo ut quis incidat in pœnam illius legis, requiri ultra osculum, ut prosternat mulierem in terram. Cum itaque in materia pœnali actus osculandi sit remotus, non faciet uiolentam præsumptionem, quæ requiritur ad probandum adulterium. d. c. literis. Opus enim est actu propinquo, ad faciendam præsumptionem uiolentam: ideo dicitur colloquiū non facere hanc præsumptionem. ut per Panormi. in c. quoties. col. 3. extr. de testibus. & in d. c. literis. per Doct. & latius per Gandi. in d. tractu. & titulo de præsumptio. & indicijs. indubita. Quod dicendum existimo cum declaratione, quam subijciam, communem opinionem ueriorem. Et considero, ut suprà dixi, cū adulterium non possit directò probari, esse probandum per
67 coniecturas & præsumptiones, quæ tamen sint uiolentę. d. c. literis. & d. c. dixit. xxxij. q. 1. & ibi nota. Potest igitur fieri quod osculum luxuriosum dabitur tali modo, et quod non faciet præsumptionē uiolentam adulterij. nec probabit actum cōsummatum, puta si quis deambulando, uel in choreis, ubi est multitudo personarū, uel alio simili loco furtim ab amica oscula surripuerit, uel eam turpiter tetigerit. nam talia demonstrant animum adulterandi, non tamen actum consummatū, cum non concurrat opportunitas loci & temporis. & huiusmodi esset præsumptio probabilis, non uiolenta, quæ nō sufficit, ut suprà dixi. Sic in simili dicitur, de inuento in domo pulchræ mulieris. Nam licet hæc inuentio inducat sinistram suspicionem, non tamē facit uiolentam præsumptionē, nec
68 per eam probatur adulterium. Et licet Bart. aliter senserit in l. 2. ff. de furtis. tamen communiter reprobatur. ut per Panor. in c. tertio loco. extr. de præsumptio. & ibi Deci. nu. 13. & idem Deci. in c. cum nō ab homine. extr. de iudicijs. col. 4. Feli. in d. c. præterea. de testib. col. 2. Potest quoque fieri, quod osculum luxuriosum ita detur ut sit magis propinquum adulterio, & tunc faciet uiolentam præsumptionem, puta quod inuicem
69 se osculentur soli amplexantes in camera clausa, in latebris, in locis insolitis: & tunc probabitur adulterium: & in his terminis loquuntur Doctores in omnibus locis suprà allegatis, & infra allegandis, eodemque modo distinguit Feli. in d. c. pre-
70 terea. & Deci. in d. c. cum non ab homine. & de cōfabulatione, Ita etiam distinguit Panor. in d, c, tertio loco, col, penul. &
Angel.

Angel. in tracta. malefic. in uerb. che me hai adulterato la mia donna. col. 1. uersic. an patri. Non obstant modo cõtraria. Et primo dictum Bart. in l. 1. Cod. de fide instrumentor. lib. x. quia procedit in casibus non expressis in iure, sed in expressis præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes. ita declarat illud dictum Bartoli, Alex. in l. licet imperator. in principio. ff. de lega. 1. Sed in materia nostra expressum est, posse fieri probationes per præsumptiones. d. c. literis. d. c. præterea. Non obstat §. si de adulterio. qui adeò uidebatur urgere: quoniam illa uerba si accusatio uerax ostendatur, id significãt, id 71
est, si quæ inscripsit, in accusatione probauerit. ut ibi in d. autentic. §. seq. si uir. & probatum dicitur in hac materia per uiolentam probationem. & est talis uerax probatio: aliàs sequeretur illum textum, si de ueraci probatione intelligeretur, præsupponere unum impossibile, cum adulteriũ directò probari non possit. Est enim illud uerbum uerax intelligendum secundũ subiectam materiã. Confirmatur hæc solutio: quoniam non modo in legibus, sed in statutis, quæ strictius intelliguntur. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obliga. loquen 72
tibus de probatione per uerba quantumcunq; prægnantia, uerba ita accipiunt, ut in materia adulterij dicatur satisfactũ probationi statutariæ per uiolentam præsumptionem: ut notatiter tradit Marsil. in d. rub. de probatio. col. 3. uersic. sed istam conclusionem. Nec quicquam facit consil. Petri de Ancara, quia loquitur in adulterio ficto, quando per contumaciã 73
mulier est condemnata, nullis factis probationibus: & pœna priuationis nunquam induceitur propter delictum fictum. Bart. in l. si ideo. ff. de euictio. & aliàs maxima est iuris differentia inter casum fictum & præsumptũ: cum multa lex permittat in casu præsumpto, quæ non in casu ficto, ut plenius demonstraui lib. 4. Supputatio. cap. xvij. Non obst. 3. quem non damnari in criminalibus, ut in adulterio ex præsumptionibus: quia illud non procedit in uiolenta præsumptione, ut 74
per gl. in d. l. absentem. & in l. si hi qui adulterij. infr. ad l. Iul. de adulter. & in d. c. dixit. nec obstat, quod etiam ex uiolentis probationibus quis non damnatur. nam id intelligitur, ut puniatur pœna corporali, secus pecuniaria, prout nos agimus. uel aliter, quod illa communis opinio non habet locum in his quæ directò probari non possunt, ut in adulterio et similibus casibus, secundum Paridem de Puteo, in tracta. Syndicatus, charta 96. col. 2. sequitur Marsil. in d. rub. ea. col. 39. Non obstat quartò dictũ Bald. in d. l. si quis, nõ dicam quia potest admitti quando osculum non transiret in actum propinquum adulterij, secundũ quod supra declararaui, uel secundò, quod maiorem præsumptionem facit osculum luxuriosum datum

ex communi consensu partium in loco solitario ad arguendū adulterium, quàm osculum unius tantum ad arguendam uiolationem, secundum terminos d.l. si quis non dicam. Iuxta
75 hunc primum casum quæro, an mulier admitteretur ad probandam contra similem uiolentam præsumptionem, scilicet actum non fuisse consummatū. Curt. iuni. hic impugnando Deci. circa aliud, sensit quod non. dicēs hoc esse impossibile, cum hæc sit mera negatiua, quæ secundum rerum naturā est improbabilis, maxime cum non possit coartari. l. actor. infr. de probatio. Notatur in l. in illa. ff. de uerb. obligatio. Contra-
76 rium arbitror uerius. cum hæc sit præsumptio iuris tantum, non autem iuris & de iure, contra quam admittitur probatio: ut habetur per glo. & Doct. in l. fi. in principio. ff. quod met. causa. Et dixi anno superiore in rub. ff. de probatio. & ita expresse uult gl. in d.c. *dixit*. immò secundū eā, ibi. cōtra uiolentissimā præsumptionē probatio admittit̃. Non obstat, hanc negatiuam coartari non posse, quia hoc est falsum. nam posset mulier probare, amicū suum non fuisse apud se tanto tempore, ut potuerit actum cōsummare, sed eam tantum osculatum & amplexatum bis uel ter, & statim discessisse: & hoc per uicinos, qui uidissent hominem ingredientem, & egredientē, & deponerent eum tam subitò egressum, quod iudicio suo non potuisset actum consummare. Secundò dico non esse uerum, quod negatiua sit improbabilis, nisi coartetur: quia im-
77 mò si negatiua sit coniuncta sensui testis, etiam non coartata est probabilis. & hæc est communis Doctorum sententia, ut per Lanfranc. de Oria. in c. quoniā cōtra. col. 2. extra de probatio. qui ponit exempla. Facit quod notat Bart. in l. si quando. ff. de auro & argento legato. & in l. 1. Cod. de canone frumentario libro xi. Ideo posset probare mulier amicum suum esse frigidum, uel maleficiatum, uel eunuchū. uel si esset puella de cuius stupro ageretur, probare se uirginem & incorruptam. d.c. ne aliqua. xxvij. q. 1.

Circa secundum casum, quando maritus nullam mentionē facit de adulterio, sed conuicit uxorem de actu libidinoso, an tunc non repetat dotē, est aliqua dissensio inter Doct. Bald. in d.c. tuæ. tenuit, quod dotē amittat. allegat c. 1. §. 1. quibus mo-
78 dis feud. amittatur. in usibus feudorū. ubi uasallus priuatur feudo, si concubuerit cum uxore domini, uel cum ea turpiter luserit. & ibi glo. exponit, id est manum ad pectus posuerit. Stringunt Moder. Papi. in d. rub. extr. de iudicijs. col. 3. quia uxor est magis astricta seruare honestatem marito, quàm uasallus domino, ut latius ipsi probant. Secundò pro Baldi sententia est tex. in d.l. quod ait. ff. de adulterijs. ubi licet patri occidere filiam non modo inuentā in adulterio, sed in rebus Veneris.

neris.& res Veneris sunt oscula,tactus,&c.ut ibi per gl. Si igi 79
tur licet occidere,tanto magis dote priuare,secundum Curt.
& ita expresse per hunc tex. tenet Angel. in d. tracta. malefi.
in eodem uerbo,che me hai adulterato.col.1. Tertiò facit l. fi.
infr.de repudijs.ubi propter introitum balneorum commu-
nium cum uiris,uxor perdit dotem. ergo eadem ratione pro-
pter osculum,uel tactum,quæ sunt magis propinqua adulte-
rio.ut per Moder. Papi. in d. rub. de iudicijs. Quarto facit l.
consensu.eo.titulo de repudijs,dupliciter ponderata: ut per
eosdem Moder. Primo, dum ibi habetur, mulierē priuari do 80
te si accesserit ad conuiuia,uel ad theatra,uel amphitheatra, in
uito marito : ergo à maioritate rationis,si passa fuerit per tra-
ctationem mamillarum,uel oscula luxuriosa. Secundo, dum
ibi dicitur,si uxor interdicta attētauerit, perdat dotem: sed o-
sculū & tactus sunt interdicta.d.l.quod ait.iuncta gl.& in d.
c.ne aliqua.xxvij.q.1.ergo,&c. Confirmantur hæ inductio-
nes:quoniam etsi plures assignentur causæ in §.aliud quoq;
capitulum.in autent. ut cum. de appella. cognosc. quibus fi-
lius potest exhæredari, extendetur tamen §.ille ad similem
uel maiorem causam, quæ ibi non sit expressa: ut concludunt 81
communiter Doct.in autent.non licet.Cod. de liber.præter.
ubi Alex.&Moder.similiter.l.fi.infr.de reuocandis donatio.
habet locum in simili uel maiori causa ultra enumeratas in i-
psa lege:ut ibi per gl.& omnes. & Alex. in l.si quis id quod.
ff.de iurisd.omni.iudi col.3.& consil.203. super themate col.
iiij.& seq.Et hæc est communis opinio, quam tenet Feli. in
c.præterea.col.fi.extr.de testibus. Iaso. in l.2. solut. matrimo.
& melius apparebit ex decisionibus infr. allegandis. Aduer-
sus communem tenuit Deci.hic,& in d.rub. de iudicijs: quia
iura priuantia mulierem dote, expresse loquuntur de adulte-
rio: ideo cum sint pœnalia,non sunt extendēda.c.odia.de re- 82
gul.iuris. in vi.Item quia nunquā iudex debet imponere pœ-
nam priuationis,nisi in casibus à iure expressis,gl.in c.fi.de iu
re patrona.& bonus tex.in §. optimum.in autent.de non eli-
gend. secundo nubentes. Bald. in autent. ex testamento. in-
fra de secund.nuptijs.Confirmant Moder. Papi.in d.rub.de
iudicijs.ex decisione Alex. in l.sororem. infr. de ijs quibus ut
indign. qui uoluit d.c.plerunq;.& d.l.cōsensu.quia sunt pœ
nalia,non habere locum in uidua committente stuprum.Sed 83
hæc non multum faciunt: quia etiam in pœnalibus ex simili
uel maiori ratione fit extensio,ut dixi de §.aliud quoq; capitu
lum.& de l.fi.& tradit idem Deci.in l.factū. § in pœnalibus.
ff.de regul.iur.& quia posset dici de osculo esse expressum in
d.l.quod ait in illis uerbis,rebus Veneris. & quia illa decisio
Alex.est communiter reprobata:ut per eosdem Moder. in d.

rub. de iudicijs. Nihilominus ego sequor hanc opinionẽ contra Baldũ, & communẽ, præsertim in terminis d.c. plerunq;, ut illud cap. nullo modo habeat locum in actu luxurioso. Et sciendũ est quod ex causis quibus dissoluebatur matrimonium de iure ciuili, culpa uxoris, quæ causæ ponuntur in d.l. cõsensu. & l. fi. infr. de diuor. & repud. ex eisdem mulier amittebat dotẽ, & omne quicquid ex pacto etiam potuisset lucrari dictis legibus. Et tradunt Doct. in l. 2. ff. soluto matrimo. De iure autem canonico non dissoluitur matrimoniũ, sed fit
84 separatio thori: & ex eisdem causis quibus fit separatio, eisdem mulier dotem repetere non poteſt. d. c. plerunq;. & c. gaudentes. extr. de cõuersi. coniugato. & ibi nota. Et in hoc ius ciuile cedit iuri canonico, quod est generale, ubi tractatur de peccato. gl. in §. fi. Institu. de gradibus. & in c. 1. extr. de noui oper. nunciati. ubi Doct. Et ideo puto cũ mysterio Baldũ posuisse suam decisionem, iux. d.c. plerunq;, & non iuxta d.l. consensu. & l. fi. His sic stantibus, reperio de iure Canonico sumpto ex Euangelio, unicam causam tantum esse separatio-
85 nis, scilicet fornicationem: ut est optimus tex. in d.c. dixit. & ibi gl. inducit: qui tanto plus facit, quanto uidebatur innuere contrarium. & non potest aliter intelligi, quàm ibi faciat glo. quia esset contra Euangelium. Erit igitur ibi casus iunc. glo. quod ex suspicione adulterij seu fornicationis uxor dimitti non potest, nisi ex tali suspicione inferatur ad adulterium, ergo nec dos amitti. Nam amissio dotis, uenit in cõsequentiam dimissionis uxoris. d.c. plerunq;. secundũ quod facta est decisio à Bald. Secundò est casus in d.c. ne aliqua. iuncto c. seq. quod si quæ Moder. in d. rub. de iudicijs. inaduertenter allegant in cõtrarium, ubi summus pontifex execratur oscula & omnes actus libidinosos, & dicit per eos mulierem corrumpi:
86 & tamen in imponenda pœna aliter punit osculum, & huiusmodi actus quando de his tantum apparet, aliter adulterium seu stuprum. Apparet itaque, licet per unum & alterum modum ius consideret corrumpi mulierem: non tamen esse tantam corruptionis rationem in uno casu, sicut in alio: unde diuersa pœna statuitur. Ex his habetur resolutio ueræ difficultatis, cum ius ciuile non sit in hoc casu curandum. Et hoc modo cessarent pro communi adducta, quæ procedunt de iure ciuili. Verum ulterius probare uolo, etiam de iure ciuili, communem non procedere: pro quo retorqueo textum in d. l. consensu. & l. fi. quæ non modo sunt pœnales, sed taxatiuæ: ut ibi in §. si uir. dum dicit, nec licebit. & ibi, nec ullo modo. & cum nullam faciant mentionem
87 de osculo, non est in taxatiuis licita extensio. l. 2. infr. de patribus qui filios distrax. doctri. Bart. in l. si constante, in 9. q. pri

mæ

mæ q.principalis.ff.soluto matrimo. Nec obst.si dicatur in taxatiuis etiam fieri extensionẽ, propter similitudinem uel maioritatem rationis, maximè quando fit extensio propter culpā illius cui præiudicatur: ut per d. Moder. Papi. in d.rub.de iudici. & in d. l. si constante. 9.q.1.q. qui dant instantiam de §. aliud quoq; capitulū. & de d.l.fin. infr. de rèuocand. donati. quæ ll. taxatiuè loquuntur, & sunt pœnales: & tamen secundum communia extenduntur, ut suprà dixi, ad similes casus. Ad hoc multipliciter respōdeo. Primò, hoc non procedere ubi taxatiua est geminata: nam tunc extensio fieri non potest, ut per gl. singularem. in Clementi.1.de rescripti. in uerbo, dio cesanis. quam sequit̃ Domini. & post eum Francus in c.duobus. in glo. in uerb. præsentauerit. de rescriptis. in vi. & idem uult Iaso. in d.l.si constante.col.14. 4.limit. sed in d.l.consensu. bis ponitur taxatiua in §. si uir. in principio. & in l. fin. in principio. in qua continuatur eadem materia, ibi, non aliter. & postea ea l. in fin. ibi, nihil ualidum. Vnde non sine mysterio toties fuit facta repetitio, ut dicit glo. in d. Clement. 1. & hæc est realis & solida responsio. Secundò est aduertendum, quod casus noster multum distat à casu d. §. aliud quoq; capitulum. & d.l.fi.de reuocand.donatio.nam ibi tractatur tantum de priuando aliquem cōmodo pecuniario: sed in l.consensu. cum materia tractatur simul de dissolutione matrimonij, quæ difficilior reputatur, ut inquit Imperator in d.l.consensu.in principio: quinimo illæ sunt causæ quibus dissoluitur matrimonium. & id ibi, principaliter hoc geritur. Priuatio dotis est postea in consequentia, & ideo non tam facilè extensio permitti debet. Vlterius tex. in d.l.quod ait.in illis uerbis, in rebus Veneris. intelligitur secundum communia, de osculo, tactu, &c. & sic propter osculum mulier puniebatur, sicut propter adulteriū. Sed in d.l.fi.de repud.in fi.dicitur, omnibus causis cognitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nullam aliam approbare Imperatorem, quàm eas quæ in d.l.consensu. & in l.fi. ponunt̃: sed osculum ibi nō ponitur, ergo non est causa sufficiens, nec probata. 88

Superest modo, ut ad contraria respōdeamus. et primò nō obstat c.1.§.1.quibus modis feud.amitta. quoniam ad ipsum cum omnibus alijs in cōtrarium adductis, possem unico contextu respōdere, ut procedant de iure ciuili. sed dictum Bald. de iure Canonico, quo propter solam fornicationẽ fit separatio thori, & dos amittitur: & ita hodie seruatur, ut suprà declaraui. Sed quia etiam tenui cōtra cōmunem de iure ciuili, operæpreciū est specialiter ad singula respondere. Et ad d. §.1.ultra responsionem Decij dico, ibi exprimi de concubitu, & de turpi lusu. sed in materia nostra nihil exprimitur de osculo. &

ut expreſſio facta in d. §.1 aliquid operetur, apparet legem lo-
quentem de adulterio ex ſe, non cõprehendere turpẽ luſum:
& ita ille tex. retorquetur, nec licet ex eo arguere ad caſum no-
89 ſtrum ex maioritate honeſtatis, ut faciebant Moder. Papi.
Quoniam maior honeſtas uidetur cõſiderari in feudatario,
& uaſſallo: ideo uidemus per concubitum etiam cum concu-
bina domini, ipſum priuari feudo. Curt. in tracta. feuda. 4.
parte, in 2. cauſa, in prima dubitatione. Et non eſt dubium,
facilius & pluribus de cauſis amitti feudum, quàm ſoluatur
matrimoniũ, etiam iure ciuili: ut probatur in c. 1. quæ fuit pri-
ma cauſa benefici. amitt. §. prædictis. ubi dicitur ex cauſis qui
bus repudium mittitur, feudum amitti: & tamen poſtea ſub-
dit, quod in feudis ex ſimilibus & maioribus cauſis fiat exten
ſio. Sed ſi in cauſis repudij potuiſſet fieri illa extenſio, non o-
pus erat hoc addere in feudis, cũ ſuprà cauſa repudij & feudi
eſſet æquiparata. Idem in cauſa exhæredationis, & reuocãdæ
donationis, quæ ibi exprimuntur: in quibus ultra hæc nõ mi-
litat tanta ratio, ſicut in diſſolutione matrimonij. d. l. conſen-
ſu. in principio. Et ſuprà declaraui. non obſt. l. quod ait. ff. ad
l. Iul. de adulter. Nam ſciendum eſt, licet patri data ſit facultas
occidendi filiam, lex tamen anguſtauit quantum potuit hanc
90 facultatem. & plura requiruntur, quæ enumerat Angel. in d.
tracta. malefici. in uerbo, che me hai adulterato la mia donna.
& inter cætera uult, ut pater depræhendat adulterum in ipſa
Venere & turpitudine: quod nihil aliud eſt quàm in ipſo coi-
tu, non autem in præludijs coitus. quia ut dixi, lex ſtrictiſſimẽ
proceſſit in hac facultate data patri. Et iſtud probatur in d. l.
quod ait ex pluribus. primò dũ dicit, in ipſa turpitudine. po-
ſtea ſubiungit ſecundum Labeonem, in ipſis rebus Veneris
depræhenſum. Nam ſatis fuiſſet dicere, in turpitudine, & in
91 rebus Veneris. Cum itaq; additum ſit pronomẽ illud, ipſum,
cuius natura eſt facere demonſtrationem præciſam, ſecun-
dum Grammaticos eſt intelligendus textus de ipſo actu Ve-
neris. Facit, quoniam habere rem, ſignificat coire: non autem
oſculari, uel tangere. Terentius: Ego cum illo cum quo uno
rem habebam tum hoſpite. Item Auſonius: Imperium, litem,
Venerem, cur notat una res? ideo res Veneris dicetur coitus,
non eius præludia. Confirmantur hæ inductiones apertiſſi-
mẽ ex uerbis Solonis & Draconis ibi poſitis, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔ-
χοντα, id eſt articulos in articulis habentem. & pluribus alijs
rationibus illum textum ita fore intelligendum neceſſariò, o-
ſtendit Budæus in ſuis poſteriorib. Annotationib. Nec quic-
quam facit l. & amicis. allegata per gl. in d. l. quod ait. quia
procedit ubi conſtat, & probatum eſt adulterium. nam tunc
puniuntur, qui opem & facilitatem illi præſtiterũt. Et hic nõ

est casus noster. Ex his cessat inductio Curtij iunioris de illo tex. dum dicebat: si licet occidere propter osculum, ergo multo magis dote priuare: cum demonstratum sit l quod ait. non loqui de osculo. Praeterea grauius est delictum adulterium, 92
quàm occisio etiam filij. l. codicillis. §. instituto filio. ff. de lega. 2. ibi, filium nostrum interfecit, & alia deteriora mihi fecit. & ibi hunc textum multum ponderant Doct. et Andreas Sicul. in c. at si clerici. 2. col. extr. de iudicijs. inde est quod licet propter homicidium filij perpetratum ab uxore, non liceat thorũ separare: ut extra de his qui filios occid. c. 2. ubi Doct. tamen propter adulterium est licita separatio. d. c. plerunq;. & d. c. dixit dominus. Non obst. ponderationes Modernorũ de l. consensu. & l. fi. infr. de repud. Nam apparet responsio ex fundamento quod supra feci de dictis legibus, eas retorquendo: & dum ijdem ponderat illa uerba l. consensu. interdicta attentauerit: sed osculũ est interdictũ, d. l. quod ait: ergo &c. Responde illa uerba intelligi de interdictis in l. consensu. in qua nihil dicitur de osculo. & licet illa uerba absolutè caperentur, tamen inferri non posset, propterea ad osculum per l. quod ait. cum proxime probauerim illam l. nihil facere.

Retinendo communem, ex ea possem inferre ad omnes casus in quibus mulier priuatur aliquo commodo propter adulterium, ut ex eisdem priuetur propter hos actus libidinosos: tamen ornabo tantum conclusionem decisionibus, quas in specie reperi apud Doctores. Et primò, in muliere relicta usufructuaria, donec castè & honestè uixerit. nam sicut propter 93
adulterium priuatur legato usufructus, ita propter osculum uel tactum luxuriosum. Angel. in tracta. de testam. in uerb. donec castè. sequitur Paulus Pichus in repeti. l. Ticia. §. Ticia cum nuber. ff. de lega. 2. q. 64. in fi. Secundò donatio inter maritum & uxorem constante matrimonio non ualet, l. 1. ff. de donatio. inter uir. & uxor. c. fi. eo titulo. & si donans perseueret usq; ad mortem non reuocando, confirmatur morte donantis. l. cum hic status. §. 1. & §. ait oratio. eo titulo. l. donationes. infr. de donatio. inter uir. & uxor. Tamen si uxor committat adulterium, non cõfirmatur quidem si passa sit oscula, 94
uel alios actus libidinosos: ut per Lupum in rep. rub. & c. per uestras. extr. de donatio. inter uir. & uxo. §. 88. col. 3. Tertio sicut reuocatur donatio propter adulterium per l. fi. infr. de reuocand. donatio, ita propter hos actus. Lupus eodẽ §. Quartò, sicut mulier quae immiscuit se seruo, nõ potest eum manumittere, nec instituere: ita si ab eo passa fuerit se luxuriose oscu- 95
lari, et tangi. ut per Moder. Bononi. in §. est autem. Institu. de haeredi. instituend. Et licet mitigent postea hanc decisionem ex dicto Baldi, in d. l. si quis non dicam rapere. intellige dictum

ctum illud Baldi, ut declaraui in superioribus. & ad ista facit pulchrum consilium Alexandri.77.in causa & lite, uol.7. Am
96 plia prædicta.& d.c.plerunq;, ut procedat etiam in uidua cõmittente stupru. Iaso.in l.2.ff.solut.matrimo.ubi Moder. Papi. col.2.& idem Iaso. in rub. infr. de iudicijs Iacobi de sancto Georgio, in inuestitura feudali, in uerb. dicti que uasalli promiserũt.col 8.Curt.iuni.in d. tracta.feuda.4.parte 2.causa. Feli.in c.pastoralis.col.3.extr. de iudicijs. Paul. de Castro consil.121. reuocatur in dubium in antiquis, ex quibus apparet hanc esse communem opinionem, quicquid in contrariũ tenuerit Alex.in l.sororem.infr.de his quibus ut indignis. & Iaso.sibimet contrarius in l.fidei commissum. infr. de fideicõ-
97 miss. Amplia secundò econuerso in marito, ut perdat ex eisdẽ causis donationem propter nuptias.d.l.consensu. Panor. in d.c.plerunq;.Bologni.cõsil.23.ut in præsenti. Limita nũc primò in clericis, qui si osculẽtur mulierẽ, uel amplexentur, præsumuntur hoc facere gratia benedictionis. gl.in c.absit. xi.q.3. sed reprobant Moder. in d. rub. de iudicijs.& Pichus in d. §.Ticia cum nuberet.nu.143.qui refert Angel.dicentem, à ta
98 li benedictione libera nos domine. Secundò limita, quando maritus pariter osculatur uel tangit alienas uxores.l.uiro, atq; uxore.ff.soluto.matrimo.Sequuntur Moder.in d.rub. de iudicijs.& practicus Papi. in forma libelli qua uxor agit ad dotem.in uerb.uxorũ quondã. & facit dictũ illud: Nil Clodius Clodio, nil Catilina Cethego.gl.in l.in arenam.infr. de inoffici.testa. Tertiò limita, quando mulier post talia adhuc esset reconciliata cum marito. nam tunc nec propter adulterium, nec alios actus libidinosos prohiberetur dotem repetere: ut per practi.Papi. ubi supra.qui propterea instruit mulierẽ, ut quãdo hæredes mariti uel malitia, uel iniquitate, uel paupertate deuicti effugiunt dotis restitutionẽ, & obijciunt eam cõmisisse adulterium, quod ipsa debet se iuuare istis limitationibus. Et omnia hæc sequitur, & latius comprobat Bologni. d.consil.23.

In secunda parte gl. habes, hic tractari de triplici editione actionum, rationum, & instrumentorũ. Bald. Salic. Paul. pungunt gl. tanquam defectiuam, dicentes hic quoq; tractari de actis in l.2.infr. eod. Fulgo. saluat eam: quæ quamuis non expresserit de actis explicitè, tamen implicitè acta comprehen-
99 dit appellatione instrumentorum, sub qua acta continentur. l.1.& ibi gl.et l.3.§.item diuus.ff.de fide instrumento.c. perue nit.& l.1.extra de testibus.doctri.Bart.in l.in fraudem.§.neque.ff.de iure fisci.& in l.1.§.editiones.ff.de edendo.quod apparet etiam ex eo dum gl. adducit l.2.infr. eo. quæ de actis loquitur. Et dictum gl. seu Doctoris debet intelligi secundum

ll.

ll.allegatas.Bart.in l.non ſolum.§.liberationis uerba.de liberati. lega. Sequitur Alex. hic.Riminald. uero reprahendit hanc ſaluationem:quia in hoc titulo inſtrumenta ponuntur tanquam quid ſeparatum ab actis. Item quia qua ratione appellatione inſtrumentorum ueniunt acta,quia inſtruant cauſam.d.l.1.de fide inſtrumento. eadem ratione uenient ratio- 100
nes,quæ et ipſæ inſtruunt.Bart.in l.1.infr.de iureiurand.pro pter calum.dando. Idem uolunt Antonius de Alexandro, & Iaſo. Præterea ſecundum eundem Rimin.non eſt etiam tutũ quod appellatione inſtrumentorum ueniant acta, quoniam in q.mota per Bart.in d.§.neq; aliter uoluit Alberi.de Roſate in tractatu ſtatutorum in 2.parte.q.29. Sequitur Cur. iuni. hic. Vnde non uidetur quod gl.ſenſerit id quod uult Fulgo. & Alex. Tu uero nõ recedas ab hac ſaluatione, ut inquit Deci. Nam quamuis rationes Riminaldi procederent, apparet tamen de mente gl.alio fortiori medio, quod ſub nomine in- 101
ſtrumentorum uoluit comprehendere acta,ſcilicet ex l.2.per eam allegata. Et in incertis,non certis locus eſt coniecturis.l. continuus.§.cum ita.ff.de uerbo.obligatio. Et quamuis appellatione inſtrumentorum ueniant quoq; rationes, non fuit inconueniens ut aliquibus ſpecialiter enumeratis, ſubijceretur uerbum quod omnia comprehenderet. l.ſi ſeruus ſeruũ. §.inquit lex.ff. ad l. Aquiliam. l.doli clauſula. ff. de uerbo.obligati.præſertim quod rationes non tam facilè ueniũt appellatione inſtrumentorum,ſicut acta: cum acta ſemper ſint publica, ſicut inſtrumẽta:rationes uerò ſint plerunq; priuatę.Et etiam quia ſecundum communem uſum loquendi, appellatione inſtrumentorum ueniunt acta,non tamen rationes: ut 102
per Bart.in d.l.1.Cod.de iuram.cal. Feli.in prohem.Gregorian. col. 3. & Moder. Papi. hic in principio. Nec eſt uerum doctrinam Bartoli in d.§.neq; eſſe dubiam,& non tutã: quoniam eam ſequitur Angel.in tracta. malefici. in uerbo falſarum,prope fi.& Gandi.in titulo de falſis, & utrobiq; in apoſtillis habetur. Alio modo ſaluat gloſam Aquenſ.conſiderando appellationem inſtrumenti tripliciter,largè,ſtrictè, & ſtrictiſſimè. Largè,ut cõprehendantur acta,& rationes: ſtrictè, acta,& non rationes: ſtrictiſſimè,& tunc continet tantum inſtrumenta extraiudicialia.& gl.accepit ſtrictè.ſequuntur Moder. Taurin.hic in fine rub. Et in idem recidit hæc ſaluatio, quod ſuprà dixi,aſſignando rationem quare gl.non comprahenderit rationes ſub inſtrumentis,ſicut acta, ſecundum Deci. Verum quamuis placeat prædicta reſolutio, adhuc reſtat unus ſcrupulus,quod immò ita rationes comprehendantur ſub nomine inſtrumentorum,ſicut acta,cum iura promiſcuè his uocabulis utantur.et quod rationes lex dixit,modò inſtru

menta appellat, non dico in genere, sed in specie: ut l. prætor. in principio. & l. si quis ex argentar. in principio. ff. eo. & l. fi. in fi. infr. eo. Non tamen propterea à supradictis recedas. nec obst. d. l. prætor in principio. quoniam ibi Iurisconsultus nō
103 appellat instrumentū, quod suprà rationes appellauerat: sed arguit similitudinariè ab instrumentorū editione ad editionē rationum. & idem facit in d. l. fin. infr. eo. ubi decidit Imperator, reum non teneri edere rationes actori: & id probat ex eo quod de instrumentis dictum erat in l. qui accusare, infra eo. non oportere originem petitionis ex instrumentis alienis sundari. Non obstat l. si quis argentar. quia ille tex. non loquitur de instrumentis de quibus nos agimus: sed de instrumentis
104 argentariæ, id est de monumento seu repertorio scripturarū ipsius argentarij. Hanc enim quoq; significationē habet hæc uox instrumentum, ut apud Suetonium in Vespasiano: Vndiq; inuestigatis exemplaribus, instrumentū imperij pulcherrimum confecit. Et hæc declaratio optimè probatur per d. l. prætor. §. fi. ubi iurisconsultus appellat hoc instrumentum argentariæ. & in d. l. si quis ex argenta. §. prætor ait, ubi non modo nominat instrumentum argentariæ, sed instrumentū professionis suæ: & hæc inseruient ad dicenda, infr. l. 1. in illa lectura quod ille tex. intelligatur de instrumentis dum ibi exponit gl. uerbum rationes, id est instrumenta.

In tertia parte gl. exponit gerundium edendo, id est demon
105 strando, ab edo edis: quasi dicat, non ab edo es est, quod est comedere. et pro hac expositione facit tex. in l. 1. §. eum quoq;. ff. eo. & l. edita. infr. eo. aliàs plurimas significationes habet hæc uox: ut per Alberi. in dictionario suo, & Deci. hic col. 4. & Moder. Taurin. in principio. & Cardinalem Adria. in libello suo de Sermone latino, cart. 45. Et hæc demonstratio fit pluribus modis, qui ponuntur in d. l. 1. §. edere. & in d. l. si quis argentar. §. si initium. in fin. Ex hac expositione gl. infertur per prædictos Moder. Taurin. quod notarius qui teneretur edere aliquod instrumentum, si certum esset mea interesse, pos-
106 set cogi in dubio prius illud demonstrare, ut uideret nūquid ibi aliquid contineretur quod ad me spectaret. quod dictum in se est uerum: ut per Paul. et Alex. in l. 1. infr. quemadmod. testam. aperiantur. & Iaso. in l. fi. suprà de precibus Imperato. offerendis. Sed non bene infertur ex hac glo. quia nos tractamus de demonstratione facienda parti. & demonstratio de qua per Doct. in d. l. 1. quemadmod. testam. fit iudici.

In quarta & ultima parte glo. quærit de duabus quæstionibus, & remittit se ad notata per glo. in rub. ff. eo. ex quo potes colligere, quod idem sensit de hoc titulo quod de illo, dum utroq; loco uult dari eandem responsionem, quod faciet ad in-

fra dicenda. Circa primã quærit, quare dixerit de edendo, &
nõ de editione: respondet ibi ideo factum, ut ostenderet quã-
dam necessitatem imponi edenti: cogitur enim actor et reus et
argentarius prout cõtingit, edere. & gerundia important ne- 107
cessitatem. Facit pro hac respõsione l. 2. & l. procurator, infr.
eo. in uerb. iubebit. & ff. eod. l. prætor ait. in principio. & l. si
quis ex argentar. §. prætor ait, & l. quædam. §. nummular. &
alibi pluries. & gl. sequitur Odofred. hic, & Io. Fabr. in rub.
Institu. de actio. pro qua facit similis glo. in rub. ff. de liber. &
posthu. hæredi institu. uel exhæredand. quæ idem notat de
participio futuri temporis, ut necessitatẽ importet: & eam ibi 108
sequit̃ Bald. & Angel. & Iaso. in §. præterea. nu. 10. Institu.
de actio. & D. meus Alcia. hic. Verum gl. nostra est cõmuni-
ter reprobata hic, & in rub. ff. eo. & in d. rub. de actio. Et cõ-
tra eam primò adducit Bart. negando assumptũ suum quod
gerundia importent necessitatem: & eodem modo ut partici-
pia futuri temporis non inferant necessitatem, probat Alex.
in d. rub. ff. de liber. & posthu. per rub. infr. de necessa. seruis
hæredibus institu. Adde tu, iuncto textu Institu. de uulga.
substitu. in principio. ibi, substituere potest. Pro dicto Bart.
adducitur rub. infr. de in ius uocãdo, iuncta rub. ut nemo in 109
uitus agere. & rub. infr. de postulando. iunct. l. quisquis, eo.
titulo. ubi quis nõ cogitur sei per postulare: ut latius per Ni-
cola. de Neapoli, in d. rub. de actio. post Rainer. de Forliuio.
Bald. hic, & Salic. post eundem Rainer. quem idem Nicola.
refert in d. rub. de actio. Saluant gl. ea ratione quod gerundia
habeant duplicem significationem, actiuam & passiuã. Si ca-
piantur in actiua, non important necessitatem: et ita procedat
titulus de in ius uocando, & postulando. & hoc modo etiam
titulus de edendo nõ necessitate, quia quis non cogitur pete-
re editionem rationum, uel instrumentorũ, &c. Si capiantur
in passiua, tunc necessitatem significabũt: & ita accipitur hæc
rub. cum referatur ad eum à quo petitur editio, qui cogitur e-
dere iuribus suprà in principio huius partis glo. allegatis. A-
lexander reprobat hanc saluationem, quoniam ea attenta,
tantundem fuisset dicere de editione, cum nomina uerba-
lia habeant & ipsa utranque significationem. §. testamenti fa- 110
ctio. Institu. de exhæredati. libero. l. filius. ff. de testam. & rub.
infr. de iuramẽto calum. ubi cogitur quis iurare de calũnia, &
tamen ibi nõ est gerundium. sequitur Aquens. Sed hæc rub.
nihil facit, quia non est concepta per nomen uerbale, sed per
participium futuri temporis, ut aduertit Lancel. Deci. Iaso.
pungit hanc impugnationem Alexandri, eo quod secundũ
ipsum nomina uerbalia non importent necessitatem, etiam
in passiua significatione, allegat d. l. quisquis. Dicas eum non

bene repræhendere Alexandrum, et quod immò idem iudica
tur de nomine uerbali, ut habeat utranq; ſignificationẽ ſicut
gerundiũ. Facit Inſti. de exhæredati. libero. & tamẽ cogitur
quis exhæredare, ut in ſimili ijdem dicunt per rub. ff. de liber.
& poſthu. ubi eſt participium futuri temporis idem importãs
quod gerundium, ut ſuprà dixi. ad idem rub. Inſtit. de ſatiſda-
tionibus. & in rub. ff. de cuſtodia. & exhibiti. reorum. & ne-
ceſſariò eſt ſatiſdandum, & rei neceſſariò exhibendi. Ex qui-
bus apparet, uerbalia nomina etiam importare neceſſitatem.
Sed ultra Alex. aduerte, quoniam Bald. nec Salic. nec qui eos
ſecuti ſunt, intellexerunt quid ſit actiua uel paſſiua ſignifica-
111 tio, dum uolunt quod uerba huius rub. de edendo, relata ad
eum à quo petitur editio, ſtent in paſſiua ſignificatione, &
propterea neceſſitent. Nam dico, quod immò ad reum relata,
ſtant in actiua ſignificatione. Siquidẽ ſignificatio actiua eſt,
quando dirigitur ſermo ad eum qui agit & operatur: paſſiua,
quando dirigitur ad eum in quem actus confertur, & ſic pati-
tur: ut per Bart. in tracta. de inſigni. & armis. col. fi. uerſicul.
pro cuius declaratione. in 4. de Iudęo. Declaro per exẽpla: E-
go amo te, & ita ago, quia amor à me in te prouenit: Tu ama
ris à me, & ſic pateris, quia amor ex me in te prouenit. Melius
ſi dicas, talis habet teſtamẽti factionem, in actiua ſignificatio-
ne, ſignificas eum poſſe teſtari, & ita agere, & ab eo prouenit
actus. In paſſiua uerò ſignificas quem capere poſſe ex teſtamẽ
to, dum in eum confertur actus, & patitur. In propoſito ſi di-
camus, edendum eſt mihi à Sempronio: iſtud eſt in actiua ſi-
gnificatione, quia uerba diriguntur ad eum à quo actus pro-
uenit, & qui agit, & edit. quo uerò ad eum cui editur, ſtat paſ-
ſiuè, ex quo in eum actus cõfertur. Nullo ergo modo hæc uer-
ba rub. inferent ad neceſſitatem, quia quando cõferuntur ad
edentem, ſtant actiuè. & Bald. & Salic. tunc dicunt gerundiũ
in actiua ſignificatione non importare neceſſitatẽ: ſi uerò cõ-
ferantur in eum cui uenit fienda editio: & ſi ſtent paſſiuè, nec
tunc neceſſitant, quia non cogitur quis petere ut ſibi edatur,
quemadmodum nec uocare in ius, nec poſtulare. Alijs ratio-
nibus impugnant ſaluationem Baldi & Salic. Riminal. & A-
quenſ. col. fi. quæ ſatisfaciũt. dic ut per eos. Secundo modo
ſaluatur gl. intelligendo eam in neceſſitate cauſatiua, non in
præciſa: & tunc nõ obſtat titulus de in ius uocando, quia cau
112 ſatiuè quis cogitur agere, ſcilicet ſi uult conſequi ſuum. & pro
batur talis neceſſitas in §. fi. Inſtitu. de pœna temerè litiganti.
ut per Lancel. ſequũtur Moder. Papi. alia ratione, quia actor
priuabitur iure ſuo aliquando, niſi agat l. diffamari. infr. de
ingenu. & manumiſſ. Similiter quis cogitur poſtulare, niſi ue
lit priuari officio aduocati, l. 1. §. ait prætor, ff. de poſtulando.
Potes

Potes cõfirmare, quoniam plures sunt casus quibus quis cogitur agere: ut notatur in d. l. 1. ut nemo inuitus. & facit optimus textus, & ibi gl. de hac necessitate causatiua, ff. de separatio. Hæc saluatio mihi non placet, quoniam est contra intentionem glosæ, quæ dicit esse rubricatum de edendo, quod significat necessitatem, habito respectu ad nigrũ, in quo & hic, & in ff. non tractatur de necessitate illa causatiua eius qui petit edi, sed eius à quo petit, in cuius persona est necessitas præcisa, non causatiua, secundũ omnes. Item quia uerbum Edẽdo non dirigitur ad eum qui petit, sed ad eum qui tenetur, & debet edere: ut per gl in rub. ff. eo. ad quam nostra se remittit. Præterea cum loquimur de necessitate, in dubio et regulariter intelligimus de absoluta & præcisa. c. sacris. extr. quod metus 113
causa. & ibi gl. Nam necessitas causatiua est conditionalis, nõ autem proprie necessitas: & ideo etiam diuersi sunt earum effectus, ut nota. 45. distinct. de Iudæis. & Panor. in d. c. sacris. 4. notab. & attenta hac necessitate causatiua, idem fuisset si dictum esset de editione, & propterea glo. non saluaretur. Et quod de necessitate præcisa & absoluta intelligendum sit, uoluit Nicola. de Neapo. in d. rub. de actio. prope fin. Remanet itaq; firma conclusio Bart. quæ est communiter approbata, gerundia non importare necessitatẽ. Ex qua infertur, ad decisionem Alexandri consil. 23. uolu. 4 incip. ponderati. Quod si sit facta locatio alicui ad decem annos cum pacto francandi, non cogetur conductor post decem annos francare, quia gerundium illud francandi necessitatẽ non importat. & omnes sequuntur. Sed in contrarium obstat, quod conclusio nostra, 114
ut gerundia non importent necessitatẽ, procedit, quando gerundium per se ponitur. Secus, quando cum adiuncto. nam tunc si illud adiunctum necessitabit, idem faciet gerundium, cuius natura est regulari secundum dispositionem cui adiungitur: ut per Iaso. col. fi. & Alciat. hic in alio proposito. ut dicimus etiam de infinitiuo cui gerundium æquiparatur, ut per Bart. in l. 1. in fin. ff. de cõditio. & demonstrati. Sed in consil. Alex. erat dictum cum pacto francandi, & pactum illud uestitum cohærẽtia cõtractus, ex post facto est necessitatis. l. sicut, infr. de actio. & obliga. & ita in pacto de renouando locatio. 115
nem: et sic in gerundio iuncto, cum pacto ut importet necessitatem, cõsuluit Soci. consil. 99. in causa eximij. col. fi. Cogitabis quoniam Alex. in d. consil. non firmat pedes, & tenet ibi aliam responsionem tanquam tutiorẽ. Limita nunc, nisi materia subiecta suaderet, ut per Aquens. quod in idem recidit quod suprà dixi, scilicet gerundia regi secundum dispositionẽ cui adijciuntur. Secundò limita, quando gerundio adijcitur uerbum est: nam tunc necessitat, ut per eundẽ Aquens. post

Maria Soci. in c. 1. extr. de mutuis petitio. sequit Feli. in c. exceptione. col. 3. extr. de exceptio. Obst. tamē l. ei qui soluendo est. ff. de hæredi. institu. ideo dic, hanc limit. procedere in gerū d ijs terminatis in dum, secundum Grammaticos: & probant Moder. Taurin. hic col. 2.

Secunda fuit principalis responsio Iacobi Butrigari, ideo esse rubricam positam per gerundium, quia significat actum, &
116 de actu edendi intendit tractare: nomina uerò, substantiam & qualitatem rei. sequitur Bart. & latius deducit Salic. hic, & Angel. Iaso. quoq; in rub. Instit. de actionibus, ubi glo. idem prius dixit. Facit, quia uerba magis significant factū, quàm nomina. §. sed cum factum. & ibi gl. in uerb. ire. Instit. de stipulati. seruo. Et hæc responsio, quam omnes sequuntur, quadrat omnibus legibus huius tituli, quæ tractatur quando fieri debeat editio & exhibitio, & non de substantia & qualitate editionis. Et in se istud est uerū, quod dictum est de nomine & uerbo, à quo gerundium descendit. Non tamen existimo ea ratione rub. inscriptam per gerundium, quia gl. se remittit hic ad nota. in rub. ff. eo. ubi etiam Doct. utuntur eisdem rationibus quibus hic & idem sentiunt de illa rub. quod de ista, ut dixi suprà in principio huius partis glo. Et in illo titulo tractatur etiā de substātia et qualitate editionis. l. 1. §. editiones, et §. edere, & l. si quis ex argenta. §. si initium. in fi. Ad hoc tamē dici posset, principaliter ibi tractari de actu edendi: ut l. 1. in
117 principio, & satis esse rub. inscriptam, habita relatione ad id de quo principaliter tractatur. arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. & ipse Iacob. si aduertas, dicebat prius tractari de actu. nam illa uox Prius, idē est quod principaliter: ut per Moder. Taurin. hic in principio. Confunditur tamen adhuc per rub. ff. de solutionibus: ubi tractatur de actu soluendi, non de substantia, seu qualitate solutionis. Item per rub. ff. de nouationibus. ubi præter l. primam tractatur de nouatione prout in actu & in facto. & melius attenta supradicta responsione fuisset dictum de nouando. idem in rub. ff. de separatio. & de executione rei iudicatę, & in pluribus alijs rub. quas per te potes colligere, in quibus fit inscriptio per nomina uerbalia: & certe quicquid sit in simplici nomine, saltem in his nominib.
118 uerbalibus non uidetur differentia, cum à uerbo descendant, ut latius infr. demonstrabitur. Tertia fuit responsio Moder. ut refert Bart. hic tractari de actu edendi, & ita in ff. Et gerundia actum significant: nomina uerò effectū actus, quod suadetur ex legibus utriusq; tituli, dum in eis ponitur quando quis cogi possit edere. Contra quā adducit Iaso. l. 2. l. edita. & l. nō est nouum, infr. eod. in quibus tractatur de effectu editionis. idem sentit Lancelo. Sed Deci. respōdet, satis esse principali-

ter tractari de actu, ut suprà dixi. Tu adde, quod sola l. edita. loquit de effectu: & attendi debet id de quo plus tractatur. ar gu. l. quærit. ff. de statu homi. ut per Aquens. Nam in l. 2. & l. non est nouum. non erat ratio dubitandi circa effectum, sed circa actum edendi. Et de actu edendi loquuntur illæ leges, quod quis scilicet cogatur edere acta, uel rationes. Illa autem uerba quæ subijciuntur ad inuestigandã ueritatis fidem, ponunt in cõsequentiam non principaliter, ut etiã dicebat sup. Deci. in alio proposito, col. 2. uersic. & altero de duobus. Secundò opponit idem Iaso. quia etiam nomina uerbalia significant actum. allegat rub. infr. de executione rei iudica. Idem uult Curt. seni. prope fi. rub. et plura alia circa istud adducunt Areti. Soci. Lancel. Deci. & Aquens. Hic potes respondere, ut per eosdem qui ad hæc obiecta dant diuersas solutiones in se ueras: quantum tamen ad conceptionem rubricæ nostræ, tandem cõcludunt fuisse arbitrarium, probantes hoc ex rub. infr. de satisdando, iuncta rub. Instit. de satisdatio. Ego uerò quantum ad rub. infr. de executi. rei iudica. dico, illum titulũ loqui principaliter de executione tanquam de effectu rei iudicatæ, quando fieri scilicet possit: non autem de actu exequendi, id est quomodo fiat, ut uidere est in legibus illis, præsertim in l. executorem. Quo ad reliqua transeo cum eis, quod nomina uerbalia etiam significent actum, ut statim demonstrabo, tenendo prædictam differentiam, quod gerundia significent actum, &c. Declaratur hoc, ut significent actum qui uisui subijcitur. ita Bald. in l. si ex cautione. v. q. infr. de non numer. pecun. allegat l. uim facit. ff. de ui & ui arma. & notata hic per Bart. & alios, qui propterea infert, quod si quis confessus fuerit in chirographo accepisse centum mutuò à Sempronio dando & soluendo, ex quo gerundia important actum qui uisui subijcitur, probabitur per talia uerba uera numeratio. Secus, si dictum esset à Sempronio dante & soluente. sequitur Iaso. in l. singularia. col. 22. uersic. 4. limita. ff. si cer. peta. Angel. Areti. in §. actiones. col. 7. Instit. de actio. Feli. in c. si cautio. col. 17. uersic. 2. noto. extr. de fide instrument. & Moder. Taurin. hic col. 1. licet dicant decisionem periculosam. 119

Quarta fuit responsio Petri, quod dixit de edendo, & non de editione, quia sibi sic placuit: & licet soleat dici, hanc solutionem esse refugium miserorum, ut per gl. in l. filium quem. infr. famil. hercis. tamen illa glo. non procederet in his quæ sunt iuris positiui, in quibus sufficit pro ratione uoluntas. gl. 120 in l. 1. §. pueritiam. in uerb. ratus. ff. de postuland. est bonus tex. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. ut per Curt. seni. hic in fin. & d. gl. in §. pueritiam. Pluribus medijs comprobant Feli. in c. si quando, col. 1. de rescriptis, & Barbat. inter consil. Alex. consil.

consil.64.circa præsentem, uol.4.qui uult eam etiam procedere in statutis. Et hæc responsio Petri mihi placet, quam sequuntur Iaso. Aquens. Deci. Curt.iuni. & Moder. Papi. pro qua facit d.rub.infr.de satisdando, iuncta rub. Instit. de satisdationibus. Nec placet quod uult D.meus Alciat.in Instit. ideo esse conceptam per nomen uerbale: quia Iustinianus in eo opere docet iuuenes effectum rerum, non modum agendi, & litium agendarum & decidendarum. quia hoc confun-
121 ditur ex d.titulo de satisdationibus. §.sed hæc. ubi docet modum & formam præstandi dictas satisdationes. & in titulo de pœna temerè litigant. §.omnium. ibi, utiq; enim in primis. ubi docet, prius aduersarium in ius uocandum. & toto titulo, de his per quos agere possumus. & in titulo de officio iudicis. Vltra Doct. pluribus modis confirmo, istud esse arbitrarium. præmittendo, participia futuri temporis idē importare quod gerūdia. Et primò, facit rub.ff.de adimēdis lega. iuncta rub. Instit.de ademptione legato.item rub.ff.de assignand.libert. & Institu.de assignatione liberto. item rub. ff. de liber. & posthu.hæredi.instituendis, uel exhæredan. & Instit.de exhære da.libero. Item rub.ff.de exhibitione & custodia reorum.iuncta rub.infr. & in autent.de exhibendis reis. item ff. de testament. & quemadmodum testamenta fiant. & in Institutionibus de testamentis ordinandis.item ff.de curatore furioso dādo.in Cod. de curatore furiosi. item in Cod. de iureiurando propter calum.dando. in Decretal. de iuramento calumniæ. item hic de edendo. in Decretal. de libelli oblatione, item in Cod.de precibus Imperato. offerend. in Decretal. de rescript.item in Cod.de rebus alienis non alienandis. & de prohibita rerum alienati. quod idem est: cui iungere potes rub. sequentem de communi rerum alienati.

Circa hanc materiam gerundiorum Alex. cumulat aliqua loca, quibus uisis, Iaso. deducit in medium decisionē Iacob. Butri. & Salic.in l.1.Cod.de his qui latro.occulta. & Ioannis Andreæ in additio.Speculi, in titulo de libelli conceptione. §.nunc uidendum.tanquam contrarias: an qui accusauit Titium, quod fecit insultum uulnerando, dicatur accusasse et de
122 insultu, & de uulnere, an de insultu tantum. sed inaduertēter loquit, ut per Deci. Curt.iuni. & Moder. Taurinē. Et tenenda est decisio Salic. ut de insultu tantum censeatur accusatus: quia gerundium adiectum præsenti tempori, qualificat actū. Bart. & Angel.in l. si ex parte.ff.de acquir.hæredita. Bald. in l.falsus.col.3.infr.de furt. Adijcitur enim illud gerundium, ad grauandum insultum: & est perinde ac si dixisset, insultauit cū uulnere, ut per eundē Salic.in l.in causis. col. 2. infr. de accusatio, vi.q. Facit doctri. Bart.in l.diuus. col.1. ff. de re iudica.

dica. ubi illa uerba, dicens testes falsum dixisse, corruptos, po- 123
nunt unum factum. secus, si dicatur falsum dixisse, & corruptos. Nec obstat quod gerundiũ resoluatur in uerbum: nam istud fateor. illud tamen uerbum uenit ad qualificandũ aliud uerbum, ut in d. l. quisquis. retinuit usumfructũ donando, id est dum donat. & in effectu resoluit in unam dispositionẽ, ut in d. l. quisquis. Nam uerum est quod qui insultauit uulnerã do, & insultauit, & uulnerauit, & posset accusari de utroq;, si ex uerbis hoc colligeret. Sed quando quis locutus est eo modo quo loquitur Salic. dicimus uoluisse unum tantum crimen libello complecti: ut latius distinguit idem Salic. in d. l. in causis. vi. q. Limita dictum Salic. quando gerundium cõuenit a-
ctui, cui adijcitur aliàs gerundiũ, disponet, & non qualifica- 124
bit: puta si quis dicat, insultauit, dicendo uerba iniuriosa. nã uerba non cõueniunt insultui: ideo de uerbis tantum iniuriosis dicetur accusatus. Bald. in l. id quod pauperibus. q. 1. de episcop. & cleri. Et hæc sint satis quoad materiã gerundij. Solum adde ad doctri. Bart. in d. l. si ex parte. dũ uult gerundiũ
adiectum futuro tempori, importare conditionem, quod pro 125
pterea si facta sit conuentio cum quibusdã monialibus de gerendo uitam claustralẽ, intelligitur, id est si gesserint uitã claustralem. Corn. consil. 90. in causa uertente. col. 2. uolu. 4. & relictum ademptum alicui recusando di non uolere contrahere matrimonio con la tale exponitur, si recusauerit. Idẽ Corn. consil. 143. licet in hac col. 3. eo. uolu. 4. & legatum factum per hæc uerba, Morendo poi la mia donna: perinde est ac si dictũ fuisset, si morietur. Deci. consil. 433. uisa copia col. 2.

In ea parte circa 2. q. quare dixerit simpliciter de edendo, & non de edendo actionem. gl. in rub. ff. eo. respondet ideo factum, quoniam non de sola editione actionis tractat, sed de alia triplici, ut uidimus suprà in 2. parte glosæ. ex qua infertur
secundum Christoforum de Castiliono, indefinitam uerbi æ- 126
quipollere uniuersali, sicut indefinitam nominis. sequitur Lancel. & Aquens. comprobat: quod facit ad ampliationem doctrinæ Bart. in l. si pluribus. ff. de lega. 2. Ex eadem quoq; notat Curt. senior, utendum non esse uerbositate. Dic ut per eum.

TRACTATVS IN RVBRICAM C. QVI ADMITTI AD BONO. possess. De bonorum possessionibus ordinarijs & extraordinarijs.

1 *Prætoris significatio capitur dupliciter.*
2 *Agnati & cognati quomodo differant.*
3 *Successio de iure ciuili erat tantum ex l. xij. tabula.*
4 *Successorium edictum antiquitus non habebat locum in agnatis.*
5 *Mater & filius prius fuerunt admissi ad successionem de iure prætorio, per bonorum possessionem unde cognati.*
6 *Emancipatus iure ciuili non admittebatur ad successionem.*
7 *Prætor prouidit emancipatis de bonorum possessione unde liberi.*
8 *Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ data fuit emancipatis, ut possint querelare.*
9 *Successorium edictum habet locum de persona in eandem personam.*
10 *Prætoris prouisio non fuit necessaria hæredibus institutis, quia poterant adire de iure ciuili.*
11 *Bonorum possessio secundum tabulas, an necessariò fuerit inuenta propter testamenta in scriptis.*
12 *Bonorum possessio secundum tabulas, quare sic appellata fuerit.*
13 *Bonorũ possessio cõtra tabulas cõpetit, etiã quando testamentũ est nullũ.*
14 *Bonorum possessio est utilis etiam his qui ueniunt de iure ciuili.*
15 *Bonorum possessio decreta cuius sit effectus.*
16 *Decretum non est amplius necessarium in bonorum possessione.*
17 *Bonorũ possessoria hæreditatis petitio quæ sit, et quare inducta à prætore.*
18 *Bonorum possessio an sit amplius necessaria.*
19 *Bonorum possessiones extraordinariæ quæ sint, & quare ita dicantur.*
20 *Bonorum possessio ordinaria tribuit ius in possessione & proprietate.*
21 *Carboniana bonorum possessio quæ sit, & cuius effectus.*
22 *Bonorum possessio uentris nomine est facta, quæ tribuit ius in possessione.*
23 *Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ data emancipato, ut possit querelare testamentum.*
24 *Bonorum possessio, & possessio bonorum differant.*
Bonorum possessio alia decretalis, alia edictalis.



NSCRIPTIO huius Rubricæ indicat, hic tractari de successione. Est enim bonorum possessio, ius persequẽdi retinendiq; patrimonij, &c. l. 3. §. bonorum. ff. eod. quæ quidem introducta fuit à prætore, ut Instit. de bono. possess. in prin. & per totũ. Ideo ut bene percipiantur infrà dicenda, præmittenda sunt aliqua ad intelligentiã materiæ. In primis itaque altius exordiendo, quàm hic faciant Doct. præmitto quod

quod hæc uox, Prætor, poteſt capi dupliciter, largè & ſtrictè. 1
Largè, pro omni iudice. l. ubicūq;. & ibi notat Dec. ff. de reg.
iuris. Dictus eſt enim prætor à præeſſendo, ut declarant Fe-
neſt. & Pompo. Læius. referūt Moder. Taurin. in l. 2. §. cūq;
conſules. in prin. ff. de orig. iuris. Sic eſt etiam in hac uoce Prę
ſes, qui dicitur eo quod præeſt: ideo eſt uox generalis, l. 1. ff.
de offic. præſid. Et propterea iſta nomina æquiuocè ponunt̄,
l. 2. §. in bonorum. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſerue. &
ita nō capitur in materia noſtra. Secundò capitur ſtrictè, pro
eo qui gerit officium præturæ, de quo in d. §. cumq; cōſules.
& toto tit. ff. de offic. præto. & in §. prætorum quoq; edicta.
Inſtit. de iure naturali, gent. & ciuili. & tunc differt à cæteris
magiſtratibus, ut apparet ex ordine titulorum ff. Primo ergo
modo accipiendo, erit Prætor tanquam genus, quod prædi-
catur de Prætore in ſpecie, & de cæteris magiſtratibus. Secun
do modo, capietur tanquam ſpecies diſtincta à cæteris magi-
ſtratibus: & ita capitur ſemper in materia noſtra. Secundò
præmitto, quod ius ciuile capitur tripliciter, ut per Paulum in
l. ius autem ciuile. ff. de legib. In materia autem noſtra quo-
ties faciemus mentionē de iure ciuili & prætorio, accipiemus
ſtrictè, prout diſtinguntur ſpecie: ut in d. l. ius autem ciuile.
In materia enim ſucceſſionis hæc duo iura differūt. Tertiò
præmitto, quod habemus duos terminos in iure, agnatos ſci-
licet & cognatos: qui quidem inter ſe differunt, ut genus & 2
ſpecies. l. iuriſconſultus. §. inter agnatos. ff. de gradib. Cogna
tio enim eſt nomen generis. nam quicunq; eſt agnatus, eſt co
gnatus, ſed non econtrà. Inſtit. de legit. tute. in prin. & ibi gl.
& de legit. agna. ſucceſſ. in prin. nec obſtat l. inter agnatos. ff.
unde legit. nam dic, ut ibi per gl. in uerbo cōtinentur. Cogna-
ti ergo dicuntur, ſi hæc uox accipiatur in genere, tam aſcendē-
tes quàm deſcendentes, & collaterales, quomodocunq; iun-
gantur. l. 1. ff. de gradib. At accipiendo in ſpecie differūt, quia
cognati dicuntur, qui per fœminam iungunt̄: agnati, qui per
maſculos, ut d. titulo de legit. tute. & legit. ſucceſſ. & de ſucceſ
ſio. cogna. §. uulgo. & ita propriè loquendo differūt, ut dicit
Iuriſconſultus in l. non facile. ff. de grad. Quod eſt notandum
propter ſtatuta. & hoc ſecundo modo capietur in materia no-
ſtra, cum faciemus mentionem de agnatis & cognatis. Illud ta
men nota, quod ſi appellaremus cognationem cum hac adie-
ctione, Ciuilem, tunc propriè eſſet agnatio. Idem eſt enim di-
cere agnatio, quod cognatio ciuilis. d. l. non facile. Item aduer
te, quod qui emancipatur, patitur minimam capitis diminu-
tionem. §. minima. Inſtit. de capit. diminut. Et ius agnationis
omni capitis diminutione tollitur. §. fin. Inſtit. de legit. tute. et
ibi aſſignatur ratio.

His præmissis magis generaliter, descendo propius ad materiam, quia hic tractatur de successione prætoria ad differentiam ciuilis. Sciendum est quod apud Romanos antiquitus
3 fuit unus tantum modus succedendi, scilicet de iure ciuili per l. xij. tabul. qui quidem modus, quia erat multum angustus, & rigorosus, fuit mitigatus & ampliatus per prætorem: unde factum est ut efficerentur duo modi succedendi, alter de iure ciuili, alter de iure prætorio, de quo hic tractatur. Vt ergo possis id rectè percipere, dicam tibi primò quomodo se haberet ius ciuile, ut facilius intelligas quomodo circa id uersatũ fuerit ius prætorium. Ex lege itaque xij. tabell. considerabatur quoad descendentes, tantum suitas & patria potestas, quo fiebat ut ad successionem ab intestato non uocarentur nisi filij qui erant in potestate. §. emancipat. Instit. de hæredit. ab intesta. Post istos uocabantur tantũ agnati, id est qui iunguntur per lineam masculinam. Instit. de legit. success. in prin. & de Tertul. in prin. & hoc adeò strictè procedebat, ut non admitteretur nisi agnatus prioris gradus: quo excluso, uel repudia-
4 tione, uel tempore, alij non admittebantur, et sic non habebat locum in agnatis successorium edictum. §. placebat. Instit. de legit. success. l. pronuncia. §. 1. ff. de uerb. sig. & traditur in l. qui se patris. infr. unde liber. Hoc ius fuit paululum ampliatum per constitutiones. Cum enim ius xij. tabul. cognosceret tantum agnatos, mater & filius qui sunt inuicem cognati, excludebantur inuicem à successione: qui tamen postea fuerũt admissi per senatusconsultum Tertul. & Orphic. ut in utroque titu. Instit. & ita dicit Paulus hic, & Ias. in d. l. qui se patris. sed
5 uterque decipitur. nam mater & filius prius fuerant admissi de iure prætorio per bonorum possessionem unde cognati, antequam fierent illa senatusconsulta: ut est tex. expressus in d. titu. Tertul. in prin. Restat ergo quod de iure ciuili xij. tabul. non cognoscebantur nisi filij sui, & proximus agnatus: post quos fiscus admittebatur. l. fi. ff. de success. edicto. & hoc quoad successionem ab intestato. Ex testamento autem quisquis hæres esset institutus, nulla introducta differentia poterat adire hæreditatem, non habita distinctione an esset in potestate filius, uel an esset agnatus. Bart. in l. illud. §. fi. ff. de contra tabul. Excipi tamẽ possunt aliqui casus particulares, ut in posthumo alieno, ut Instit. eod. in prin. et ponit Alberi. hic dum tractat, an secundum tabulas olim fuerit necessaria: & Doct. in l. fin. inf. unde legit. In præteritis tamen & exhæredatis resultabat differentia & iniquitas, ut statim dicam. Stante ergo hoc iure tam angusto, remanebant multæ iniquitates tam ab
6 intestato, quàm ex testamento. Primò si filius fuerat emancipatus, non admittebatur ad successionẽ, d. §. emancipati. Ratio

tio est, quam posui suprà in fine ultimi euidentialis. Desinebat enim esse agnatus, ut ponit Bart. in prin. l. 1. infr. eod. ex quo sequebatur, quod cum nō ueniret ab intestato, nō erat etiā necesse ipsum instituere, uel exhæredare. atq; ita si fuerat præteritus, nullo remedio de iure ciuili sibi erat succursum. §. emācipatos. Instit. de exhæreda. lib. §. item adoptiuos. Instit. de hę red. ab intesta. Item si fuerat exhæredatus, non habebat etiam querelam, cum querela sit de iure ciuili, de quo iure iste est incognitus. gl. in l. Papin. §. 1. ff. de inoffic. testa. Cæterum cum admitteretur solum proximior agnatus, excludebantur cæteri agnati: item omnes cognati, ut in d. §. placebat. unde fiebat quod filius & mater inuicem à successione excluderent, cum essent cognati, ut d. tit. de Tertul. in prin. Ex testamento ut dixi, circa institutos nulla erat differentia, nisi in aliquibus casibus particularibus, ubi quædam personæ non admittebantur. Prætor itaq; qui habet semper æquitatem ante oculos, uidens asperitatem & iniquitatem iuris ciuilis, propter publicā utilitatē, motus æquitate naturali, §. emancipati. Instit. de hæredit. quę ab intesta. hanc causam amplexus est, imitando ius ciuile quantum potuit: & fecit etiam ipse duo capita ex testamento, & ab intestato, prouidendo circa utrunq; caput iuris ciuilis. l. 1. in prin. ff. si tab. testa. nullæ extab. Capiendo itaq; caput intestati, cum animaduerteret quod licet emancipatus non esset in potestate, tamen erat filius: uoluit eum etiam participem facere hæreditatis. & quemadmodum suus ab intesta to succedens adit hæreditatē, huic emancipato dabat prætor 7 bonorum possessionē unde liberi. §. emancipati. & §. minus. Instit. de hæred. ab intesta. & quare sic diceretur, ponit Bald. hic col. 2. in fine euidentialium. Quid autem esset hæc bonorū possessio, & cuius effectus, & quomodo daretur, dicam infrà. Hoc facto cum emancipatus cœpisset admitti ab intestato, sequebatur quod debebat institui, uel exhæredari de iure prætorio. §. eadem. Instit. de hæred. ab intesta. Si ergo erat præteritus, non poterat dicere nullum testamentum, ut facit suus. In locum igitur iuris dicendi nullum, prætor sibi prouidit de bonorum possessione cōtra tabul. sic dicta, quia testamenta scribebantur in tabulis, §. nihil. Instit. de testament. & ipse emancipatus ueniebat contra illas tabulas. Item si erat exhæredatus, non poterat etiam querelare, licet esset admissus ad successionem à prætore: quoniam ut suprà dixi, querela est de iure ciuili. Ideo prætor disposuit, ut haberet bonorū possessionē, 8 quæ dicebatur gratia litis agnoscendæ, de qua facit mentionem glo. in l. Papinia. §. 1. ff. de inoffic. testa. qua agnita poterat querelare. successiuè cum prouidisset liberis, animaduertit ad cognatos: qui quidem licet non essent iuncti per masculū,

tamen erant ab eodem progeniti. l. 1. ff. unde cogna. d. l. non facile. §. 1. ff. de grad. Et eis in locum iuris adeundi, quod habebant agnati, dedit bonorum possessionẽ, unde cognati, toto titulo ff. unde cogna. & Instit. de success. cog. Et ex hoc capite cœperunt inuicem admitti mater & filius, cum essent inuicem cognati. Instit. de Tertul. in prin. licet postea fuerint facta illa senatusconsulta, quæ eos admittebant de iure ciuili, ut ibi, & suprà dixi. Ex hoc capite etiam cœperunt admitti agnati ultra primum gradum, non ut agnati, sed ut cognati. Nam qui est agnatus, est etiã cognatus, ut suprà declaraui. & quando quis est exclusus ex uno capite, potest idem uenire ex alio capite, ut
9 uidebimus in processu materiæ. Nam successorium edictum habet locum de persona in eandem personam, ut per Iaso. in d. l. qui se patris. num. 32. Et ex his prætor iam dilatauerat fimbrias, l. xij. tabul. non tamen hoc contentus, antequam admitteretur fiscus, addidit alium gradum per quem uocauit uxorẽ & uirum ad succedendũ uicissim, non extantibus liberis uel agnatis, uel cognatis: & dabat sibi successionem per bonorũ
10 possessionem unde uir & uxor, ut ff. eo. tit. unde uir & uxor. & Instit. eod. §. aliam. Ex testamẽto autem institutis non fuit regulariter necessaria prouisio prætoris: quia ut suprà dixi, nulla habita distinctione, unusquisq; institutus poterat adire hæreditatem, tanquam quilibet extraneus. Sed quia reperiebantur aliqui casus particulares, ubi erat interdicta aditio hæreditatis de iure ciuili: exemplũ in posthumo alieno, ut Instit. eo. in prin. istis prætor dabat bonorum possessionem secundum tabul. ideo sic dicta, quia cum essent instituti in tabulis, secundum eas petebant bonorum possessionem. l. 1. ff. de secund. tabul. Vnde si testamentum esset factum per nuncupationem, dabatur bonorum possessio secundum nuncupationem, uel contra nuncupationem. l. 2. infr. de secund. tabul. & l. 1. ff. de bonor. possess. contra tabul. libert. Nec placet mihi quod dicit Paul. hic. quod à principio fuerat inuenta bonorũ
11 possessio secundum tabul. necessariò propter testamenta in scriptis, ex quibus non poterat adiri hæreditas: quia hoc non probatur, sed potius suadetur contrarium. nam non apparet ratio, cum erat institutus is qui de iure ciuili erat cognitus, cur talis nõ posset adire, quomodocũq; esset ritè institutus. Et cõfundit hæc sua opinio per multa iura. sed nũc satis sit adducere l. non tantum. §. fin. ff. de contra. tabul. & l. is qui. ff. de legat. præstand. §. sed si script. ubi loquitur Iurisconsultus de testamento in scriptis, tamen hæres adit hæreditatem. item l. si ex duobus. §. 1. ubi est in electione instituti, an adeat uel petat bonorum possessionẽ. & dicere, illa iura procedunt, quia ius ciuile communicauit remedia sua prætori: istud non reperitur

cautum,

cautum. immò reperitur contrarium, quod ubi prætor dabat bonorum possessionem secundum tabulas, alicui qui de iure ciuili non posset adire, ut in posthumo habetur Instit. eod. in prin. non reperitur quod postea fuerit adiutus à iure ciuili, nisi post longum tempus, specialiter ex constitutione, ut ibi habetur. Præterea secundũ Paul. instituto in testamento in scriptis fuisset necessaria bonorum possessio, etiam quod fuisset cognitus à iure ciuili: unde prætor dando bonorum possessionem tali personæ, emendasset ius ciuile, ut in principio Instit. eod. Et tamen hoc non est uerum, quia confirmauit dando sibi bonorum possessionem, et sic nihil de nouo dedit. §. aliquando. Instit. de bono. possess. l & quia. cum ibi notatis. ff. de iurisd. omnium iudic. bene uerum est quod bonorum possessio secundum tabul. accepit illud nomen propter testamenta quæ fiebant in scriptis, & in tabulis, et sic ab euentu. §. sunt autem. infr. eo. quemadmodum secundum nuncupationem, quando testamenta fiunt sine scriptis: sed testator ore proprio nuncupat hæredem, secundum §. fin. Instit. de testam. In supradictis itaq; casibus necessariò censuit prætor prouidendũ. sed ulterius uoluit etiam, quia est liberalis, concedere remedia sua non indigentibus. & incipiendo ab intestato, filijs in potestate, licet fierent hæredes de iure ciuili, tamen dabat bonorũ possessionem unde liberi: item agnatis, qui similiter poterant adire de iure ciuili ex l. xij. tabul. dabat bonorum possessio. unde agnati, siue unde legitimi. Similiter ex testamento filio suo præterito, licet testamentum sit nullum ipso iure, Instit. de exhæred. lib. in prin. tamen dat contra tabul. bonorum possessionem. Item instituto secundũ tabul. d. §. aliquando. Et si dixeris, si testamentũ est nullum ipso iure, quomodo potest cõpetere contra tabul. quæ datur ad rescindendum. l. ut liberis. infr. de collatio. Hæc difficultas mouetur per glo. in l. posthumo. infr. de cõtra tabul. Pro nunc dicas, ut ibi per Paul. quod præterito filio in potestate cõtra tabul. datur non ad rescindẽdum, sed ad faciendum declarari tabulas nullas, ut facit etiam ius dicendi nullum de iure ciuili. Item si dixeris, Prætor fuit liberalis in nihilo, cum dedit bonorum possessionẽ his qui poterant adire de iure ciuili, cum ius ciuile pinguius & utilius prouideat. Ad hoc respondeo, quod prætor satis exercuit liberalitatem, dando id quod habet: accipiens autem utatur eo, si ita sibi uidetur. Sed etiã possunt cõsiderari aliquæ utilitates, quod is qui uenit de iure ciuili, habeat etiam bonorũ possessionem: quas colligere potes ex notatis per Iaso. hic in fin. Sufficiat unam referre. In hæreditate currere tempus etiam ignoranti. l. licet. infr. de iure deliberan. & ibi nota. Sed tempus petendæ bonorum possessionis, nisi scienti. l. 2. & l. quandiu. infra

12 (margin, beside "testamen ta"); 13 (margin, beside "posthumo"); 14 (margin, beside "bonorũ posses sionem")

fra eo. & l. fin. ff. quis ord. in bono. possess. seruetur. Pone ergo quod quis ignoret sibi delatam hæreditatem, elapsi sunt xxx anni, & sic est præscriptum aditioni hæreditatis, ut nõtat in d. l. licet. poterit iste agnoscere bonorum possessionẽ, cum nunquam sibi cesserit dies propter ignorantiam. Ex his intelligitur, sex ordinarias bonorum possessiones introductas fuisse à prętore, et receptas à iure ciuili. Alias enim introduxit quę receptę non sunt, ut toto tit. Instit. eo. duas scilicet ex testamẽto secundum tabulas, & contra tabul. Et quomodo contra tabulas dicatur ex testamento, cum sit contra testamentum, uide Azo. in summa de bonorum possess. secundum tabul. in prin. & quatuor ab intestato. §. decima. Instit. eod. & ff. quis ord. in bono. possess. seruetur. in prin. Addidit etiam prætor septimam extraordinariam, de qua in §. septima. Instit. eo. & infrà dicam. Inquies, intellexi quod prætor prouidit inco-
15 gnitis de iure ciuili dando bonorum possessionem. Sed uellẽ scire quid sibi uelit hoc, dare bonorum possessionem, & cuius effectus? Ad hoc respondeo: & attende, quia do tibi practicã materię, quod prætor conatus est omnimodo facere hæredes eos qui de iure ciuili erant incogniti, sed hoc non potuit: non potest enim facere hæredem ipso iure, nec desinere. §. quos autem. Instit. eo. hoc uidens cogitauit, licet non posset ipso iure saltem hæredem facere cum effectu, scilicet quod haberent hæreditatẽ, & sic loco hæredis fecit bonorum possessorẽ: hoc modo si decessit aliquis, relicto filio in potestate, iste per immixtionẽ efficitur hæres. Item si agnatus decessit, proximior agnatus adeundo hæreditatem consequitur iura hæreditaria l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. Prætor uidens quod emancipatus uel cognati, &c. adire non poterant, edixit ut tales eum adirent, agnoscerentq; bonorum possessionẽ edictalem, et eam peterẽt sibi decerni à prætore uiuo: quo facto, per istud decretum transibant omnia iura hæreditaria in ipsum emancipatũ, &c. & efficiebatur bonorũ possessor, constituebaturq; in omnibus & per omnia loco hæredis l. 1. & 2. ff. eo. & sic tantum tribuebat in effectu decreta bonorum possessio, quantum aditio hæreditatis, ut per Paul. hic in fine Rubricæ. & hoc quæcunq; sit bonorũ possessio, siue ab intestato, siue ex testamento. nam & decreta bonorum possessione contra tab. testamentũ utiliter rumpit. gl. in l. fin. §. si autem. super uerbo Antiqua. suprà de curato. furios. & Doct. in l. fin. infr. unde legit. Bart. in l. 3. §. si causa cogni. ff. eo. num. 8. Erat tamen differentia in hoc, quod aditio tribuit iura directa, decre-
16 tum utilia, ut per dd. in d. l. 1. infr. eod. Hodie autem non est amplius necessariũ decretum, sed sufficit quælibet agnitio coram iudice facta. l. fin. infr. eo. & §. fin. Instit. eo. & dixi lib. 4.

Supput.

Supput. cap. 1. Sed adhuc ista prouisio prætoris erat inefficax, nã licet decreta bonorũ possessione transirent iura hæreditaria in agnoscentem, & constitueretur locò hæredis: tamen pone quod bona hæreditaria possiderentur ab aliquo tertio, non habebat bonorum possessor aliquod remedium ad ea auocanda: non poterat enim habere petitionem hæreditatis, quæ est de iure ciuili. l. 1. & 2. ff. de possess. hæred. petitio. Prætor ergo prouidit de uniuersali actione, quæ appellatur possessoria hæreditatis petitio, de qua habes titulum ff. de possess. 17
hæred. petit. in l. 1. & 2. Et hoc est quicquid dici potest in hac materia iuris prætorij, & bonorum possessionis. Nunquid autem sint amplius necessariæ hæ bonorum possessiones, cum 18
hodie per ius autent. sit sublata differentia patriæ potestatis, & emancipationis, & agnationis, & cognationis, in autent. de hæred. ab intesta. tradunt latè Doct. in l. fin. infr. unde legit. et esset longa inuestigatio: pro nunc tamen scias, quod nõ est sublata differentia, nisi ab intestato, ut per gl. in l. si emancipati. infr. de collatio. Vnde uidetur dicendum, quod ex testamento sint adhuc necessariæ: quod tamẽ simpliciter nõ firmo.

Suprà declaraui bonorum possessiones ordinarias, sequitur nunc uidendum de extraordinarijs: quæ ita appellantur 19
duabus de causis, ut per Azo. in summa huius tituli, & gl. in §. septima. Instit. eo. & in l. fin. infr. unde legitimi. Septima dicitur extraordinaria, quia uaga, & non stabilita certa parte edicti. cum tamen petitur, tantundem ius tribuit, quantum ordinaria. & fuit necessaria omnimodo, ut dixi lib. 1. Supput. cap. xv. Aliæ tres, scilicet Carboniana, uentris nomine, et gratia litis agnoscendæ, dicuntur extraordinariæ, quia non tribuunt ius. ita dicit simpliciter gl. in d. §. septima. et in l. 2. ff. eo. Latius tamen loquitur gl. in d. l. fi. quæ uult, eas non tribuere ius in proprietate, sed in possessione tantum, licet secus sit in ordinarijs, quæ ius tribuunt etiam in proprietate. Est ergo uidendũ sigillatim, quod ius tribuant.

Et primò quoad ordinarias, quando decernuntur, transferunt dominium in rebus hæreditarijs, & sic proprietatem, l. 1. ff. eo. Quantum uerò attinet ad possessionem, aut iste cui fuit 20
decreta est in possessione, & efficitur possessor. licet enim in possessione sit, est necesse ad hoc ut bonorũ possessor efficiat, quod bonorũ possessionẽ agnoscat, ut per Alcia. in l. hæreditatis. la. 2. ff. de uerb. signi. Aut possessio uacat, & potest eam propria auctoritate capere. Bart. in l. fi. infr. de edict. diui Adria. nume. 19. & ibi omnes. Aut possessio est apud alium, & tunc eam non adipiscitur, sed opus est quod agat possessoria hæred. petitio. uel interdicto quorum bonorum. l. 1. ff. quorũ bono. Bart. in l. 3. §. si causa cognita. col. fin. ff. eod. ista tamen

g possess

possessio & dominium non præiudicat aduersario, ut per Bart. ibi. & in l. fin. ff. de uent. in possess. mittendo, & per glo. magistralem in l. 3. §. bonorum. ff. eo. quæ dicit, quod uidetur data bonorum possessio sub conditione, si filius est. quam gl. sequitur Salic. hic in 5. oppo. & Moder. qui ideo concludunt non esse necessariam citationem partis, ut etiam per Bart. in d. §. si causa cognita. col. 2. Si enim iste uel possidens cõueniatur, uel ipse conueniat possessorem, non potest se iuuare ex illa possessione, neq; dominio, quia omnia plenè discutiuntur in ordinario iudicio. l. filiũ. §. si quis. ff. de lega. præstan. Et si succumbat bonorum possessor, restituet rem cum fructibus, secundũ l. fructus. cum materia. ff. de rei uend. Poterit tamen tanquam bonorum possessor agere uel uniuersali, uel particulari actione, quod non est in sequentibus, ut dicam infrà, et ad ista uide Iaso. in l. fin. infr. unde legitimi. num. v. Et idem dic in septima extraordinaria, ut suprà dixi. Circa alias extraordinarias dicunt glosæ, quod non tribuunt ius præterquam in possessione. Videamus quomodo hoc procedat. Et primò,
21 est Carboniana bonorũ possessio, quæ datur impuberibus, quibus mouetur quæstio de statu & bonis simul in hæreditate patris, non autem in hæreditate matris, nec fratris, quando non sunt instituti, nec exhæredati, sed præteriti. & præsumptiuè summariè constat eos esse filios: nam hæc omnia cõcurrere debent, ut per Bald. & Salic. in rub. infr. de Carbon. edict. ubi Ias. in prin. ita declarat. Hæc non tribuit ius in proprietate. & ideo qui eam habet, non potest agere tanquam hæres iudicio uniuersali, sed bene iudicio particulari, tanquam curator datus bonis, ut per Bart. in l. fin. ff. de Carboni. edict. Ias. in l. 1. in fi. infr. eod. tit. Efficitur tamen & constituitũ filius possessor, & sic tribuit possessionẽ, quæ est huius utilitatis, ut interim filius fruatur & alatur sine controuersia ipsis bonis, usque quo sit pubes. & dato quod post pubertatem reperiretur non esse filium, non tenebitur tamen restituere sumptus, neq; expensas factas, ut per gl. fin. in l. 2. infr. eo. tit. & Ias. in d. rub. in fi. Et ideo glo. bene loquitur, quod tribuat ius in possessione. Aduerte tamen quod propter talem possessionẽ non paratur aliquod præiudicium aduersario, ut l. 3. §. missum. ff. eod. de Carbon. edic. Quantum uero tempus detur ad petendam hanc bonorum possessionem, dic dari annum, sicut in cæteris ordinarijs. d. l. 3. §. missum. & idem in alijs sequentibus extraordin. ut per Alex. in l. 2. infr. eo. in fin. Circa possessionẽ quę
22 datur uentri, illa est facti, ut per gl. & ibi Bart. in rub. ff. de uẽtre in possess. mitten. Nec tribuit ius in dominio, nec facit eũ qui mittitur in possessionem, possessorem: sed nudum detentatorem, ut in eo qui mittitur legatorum seruandorum gratia,

&

& l.cognitio. §.ut bonorum.ff.de offic.eius. casus est in l.officium.ff.de rei uend. Et fuit inducta hæc possessio ad similitudinem Carbonianę possessionis.l.1.in prin.ff.de uent. in possess.mitten. Effectus eius est, ut in Carboniana.l.1. §.mulier. illo tit.& in d.gl. Et hoc casu datur curator bonis, qui respondeat creditoribus: & potest dari etiã uentri, &c. d.l.1. §. quoties. & inde Bart. in d. §.mulier. Sed dices, cũ idẽ sit effectus, quare non constituitur possessor in utroq; casu? Rationẽ adducit Bart. in d. §.missum.in 2.oppos. Itẽ si dices, quid refert an cõstituatur possessor, nec ne? Dico multifariã interesse posse propter effectus possessionis, de quibus per Bart. & dd. in l.1.ff.de acquir. possess.& in terminis potest interesse secundũ titulũ.ff.si mulier uent.nomine, per totum, maxime l.1. §. interesse.et in hoc glosa fuit malè locuta, quia non tribuit ius in possessione.

Circa bonorum possessionem, quæ datur gratia litis ágnoscendæ, quid sit, uide gl. in l. Papin. §.1.ff.de inoffic.testam.& Ias.in l.fi.infr.unde legitimi. col.4. Et quicquid dicatur, dic quod prætor decernendo hanc bonorũ possessionem, tribuit ius emancipato querelandi: quod per se habere non poterat, cum esset incognitus à iure ciuili, ut dictum fuit suprà. & ita habilitatur persona. Hæc autem non tribuit ius, neq; in proprietate, neq; in possessione: sed dat facultatem solam querelandi, ut per Iaso.ibi col.v.& durat anno, licet querela tantum per quinquennium, ut per eundem. Et ista notabis, quia nullibi reperies ita in compendium redacta & ordinata. 23

Vltimo sciendum est, secundum Bald.& Salic. in hac rub. esse differentiã inter bonorũ possessionẽ, et possessionẽ bonorum. Nam prima est iuris, & est ius quo quis consequit̃ hæreditatem de iure prætorio, de quo in d.l.3.§.bonorum. ff. eod. Alia est facti, & capitur pro possessione rerum, de qua toto tit. ff.de acquirẽ.possess.& in l.fi.infr. de edict. diui Adria. toll. & in tit.ff.& C.quorum legato. Et hoc secũdo modo capitur etiam bonorum possessio, quando diuisim & disiunctim duobus uerbis scribitur, ut per eos. Prima, quę est iuris, de qua noster titulus tractat, secundum communia diuiditur in duas species. Alia est edictalis, de qua habetur mentio in l.1.§.sed et si ex Carbo.ff.si tab.testam.nullæ extabũt. & in l.cum quidam.§.1.ff.de acquir.hæred.& appellatur Edictalis, quia descendit ex edicto prætoris, qui eam introduxit, & nihil aliud est quàm ius quod habet quis ad consequendam decretalem. Alia est decretalis bonorum possessio, sic appellata, à solennitate & forma quæ requirebatur in ea danda. Nam cum prætor non posset facere hæredem ipso iure, sed bonorum possessorem, erat necesse adire ipsum prætorem, & ab eo pe-

g 2 tere

(Margin numbers: 24 beside "esse differentiã…" line; 25 beside "species. Alia est edictalis" line.)

cere bonorum possessionem, qui decreto suo illam decernebat, ideo est dicta decretalis: nunc autem non requiritur amplius ista solennis petitio, nec decretum. l. fin. infr. eod. & §. fin. Instit. eod. ut dixi contra D. Alciat. lib. 4. Supput. cap. 1. Sed sufficit quælibet simplex agnitio corã iudice, ut ibi habetur. Et hæc sint satis ad præsens: aliquando diffusius materiam tractabimus.

FINIS.

TRACTATVS IN RVB. FF. DE OFFICIO EIVS CVI EST MANdata iurisd. de iurisdictione iudicis ordinarij, & delegati ad uniuersitatem, generalitatem, & singularitatem causarum: & de iurisdictione uicarij, seu uicegerentis, assessoris, arbitri, arbitratoris, amicabilis compositoris, & iudicis chartularij.

1 *Mandare & delegare an differant.*
2 *Paria sunt dicere de officio eius cui est mandata iurisdictio, ac de officio delegati.*
3 *Ratio quare sit dictum de offic. eius cui mand. est iurisdic. & non de officio deleg.*
4 *Mandari iurisdictio dicitur etiam ad unam causam.*
5 *Differentia inter uerba mandatoria & præceptiua.*
6 *Delegatio facta per uerba præceptiua, an extinguatur morte delegantis.*
7 *Iussus quomodo differat à delegatione.*
8 *Ratio, quare in causa delegata ordinario, extinguatur iurisdictio morte concedentis.*
9 *Delegatus cui est facta delegatio per uerba præceptiua, non potest subdelegare.*
10 *Dictum glosæ in l. 1. ff. quod iussu. quod rogatio domini habet uim præcepti, quomodo intelligatur.*
11 *Imperator an habeat imperium à Deo, uel à summo Pontifice.*
12 *Imperator quomodo communicauerit iurisdictionem magistratibus.*
13 *Principes perpetuò inuestiti, idem possunt in suo territorio, quod Imperator in toto orbe.*
14 *Ordinaria iurisdictio quando censeatur tributa.*
15 *Ordinaria iurisdictio nõ extinguitur morte cõcedentis, nisi sit accessoria.*
16 *Ordinaria iurisdictio an requirat scripturam de necessitate.*
17 *Territorium an sit necessarium ad esse ordinariæ iurisdictionis.*
18 *Iurisdictio non cohæret territorio actiuè.*
19 *Doctor est ordinarius iudex inter scholares, & pot est delegare.*

Ordina-

Ordinarius index cui delegatur causa particularis, non spectans ad suam iurisdictionem, quando sit delegatus, uel ordinarius. 20

Ordinarius cui committitur causa spectans ad suam iurisdictionem, non efficitur delegatus, nisi alteretur eius iurisdictio. 21

Verba hæc, Authoritate nostra cognosças, faciunt quem iudicem delegatū, quando apponuntur in principali dispositione. 22

Clausula accessoria non immutat naturam principalis. 23

Inferior à principe, an dare posit ordinariam iurisdictionem. 24

Vicarius episcopi est delegatus respectu episcopi, habet tamen ordinariam iurisdictionem à lege. 25

Differentia nulla est inter ius canonicum et ciuile, ad hoc ut quis posit cōstituere uicarium. 26

Terminus uniuersalis, generalis & particularis, quomodo accipiantur, & inter se differant. 27

Ratio illius regulæ, Idem operari genus in suo genere quod speciem in sua specie: & alterius regulæ, Multa transire cum uniuersitate, quæ per se non transeunt. 28

Iudicium & legatum aliud est uniuersale, aliud generale, aliud particulare. 29

Vniuersaliter quando dicatur tributa iurisdictio. 30

Princeps mandando iurisdictionem in aliquo castro, an constituat ordinarium, uel delegatum. 31

Commissio causarum in genere subalterno, facit censeri delegatum ad uniuersitatem causarum. 32

Delegatus ad uniuersitatem causarum quam iurisdictionem nanciscatur. 33

Actiones mixtæ & in rem scriptæ, constituunt tertiam speciem. 34

Argumentum ualet à delegato simplici, ad uniuersitatem causarum ex idētitate rationis. 35

Glosa in c. statutum. §. insuper. de rescript. in sex. quæ allegatur, quod delegatus ad uniuersitatem sit ordinarius: malè hactenus fuit intellecta. 36

Delegatus ad uniuersitatem, in quibus casibus æquiparetur ordinario. 37

Dispositio simpliciter loquens compræhendit casum mixtum in eo de quo magis participat. 38

Delegatio uniuersitatis causarum, quamuis contineat diuersas causas, est tamen unica tantum delegatio. 39

Delegatio ad generalitatem causarum quando dicatur fieri, & quomodo cognoscatur. 40

Conseruatores dicuntur delegati ad generalitatem causarum, similiter inquisitores hæreticæ prauitatis. 41

Iurisdictio tributa à lege etiam ad certas causas censetur ordinaria. 42

Delegatio particularis quomodo fiat. 43

Delegatio particularis aliquando fit à lege scripta. 44

Delegatus à lege potest subdelegare, sicut delegatus à principe. fallit in l. prætoria. 45

Leges inferiorū principum, puta Ducum, Comitum, Marchionum, an sint ius pratorium. 46

47 Declaratio noua ad illud dictum, quod leges inferiorum principum sint ius prætorum.
48 Differentia inter ius delegatum á lege, & á principe.
49 Delegatio particularis fit á principe.
50 Delegatus principis quomodo censeatur dignior ordinario.
51 Causa exempta á manibus ordinarij, censetur exempta quoad exercitiũ, non quoad habitum.
52 Delegatus principis nõ habet tam potentẽ iurisdictionẽ, sicut ordinarius.
53 Delegatus principis si nulliter tulit sententiam, an possit iterum iudicare.
54 Delegatus principis in quibus casibus æquiparetur ordinario.
55 Delegatio facta ab ordinario iussu principis, non facit quem dici delegatũ á principe.
56 Delegatio particularis fit ab ordinario.
57 Ordinarius an sit dignior suo delegato.
58 Iurisdictio ordinaria est naturalis & ordinaria, sed delegata accidentalis & extraordinaria.
59 Delegatio particularis fit á delegato ad uniuersitatem causarum.
60 Ratio quare delegatus ad uniuersitatem causarum possit subdelegare.
61 Miles post aditam hæreditatem potest substituere directò de iure speciali.
62 Delegatus ad uniuersitatẽ causarũ nõ potest totã uniuersitatẽ subdelegare.
63 Delegatio paticularis fit á delegato principis.
64 Rationes diuersæ quare delegatus á principe possit subdelegare.
65 Delegatus principis non potest subdelegare partem causæ de iure ciuili, secus de iure canonico.
66 Delegatus etiam principis cui est facta delegatio, cum clausula appellatione remota, non potest subdelegare cum eadem clausula.
67 Legatus proconsulis potest subdelegare, et ibi ponuntur diuersæ rationes.
68 Legatus proconsulis potest subdelegare nõ de iure speciali, sed uirtute suæ iurisdictionis.
69 Legatus proconsulis non debet propriè iudicari delegatus, & ibi ponuntur plures casus, in quibus aliqua potest quæ non possunt alij delegati.
70 Lex, iudicium soluitur. ff. de iud. non habet locum in legato proconsulis.
71 Legatus proconsulis & uicarius episcopi æquiparantur.
72 Legatus proconsulis potest plures causas subdelegare.
73 Delegatus ordinarij non potest etiam unum articulum causæ subdelegare.
74 Delegatus ordinarij subdelegare potest, quando est sibi data facultas ab ordinario.
75 Delegantes de iure speciali, ut delegati principis, non possunt eius subdelegato dare potestatem subdelegandi.
76 Differentiæ nonnullæ resultantes, an quis sit ordinarius, an delegatus.
77 Ordinarius habet iurisdictionẽ propriam; sed delegatus usum iurisdictionis, ex quo sequuntur plurimi effectus.
78 Appellatur á delegato ad delegantem, etiam quod ordinarius cognoscat ut delegatus.
79 Delegatus etiam ad uniuersitatem causarum potest recusari.

Ordinarius

Ordinarius non capit sportulas, sed bene delegatus. 80
Delegatus an in procedendo utatur consuetudine fori delegantis, an sua. 81
Delegati plures ad aliquod negocium non censentur habere iurisdictionem in solidum. 82
Diffinitio delegati. 83
Diffinitionem satis est constare ex genere remoto. 84
Articulus causæ an possit dici causa. 85
Capitulum, statutum de rescript. in sex. non habet locum in nudo ministerio quod committitur. 86
Proprietas sermonis sumitur à diffinitione. 87
Actus in dubio debet exponi tanquam ualidus. 88
Vicarius & uicegerens in quibus differant. 89
Vicarij appellatio non reperitur de iure digestorum. 90
L. 1. ff. de offic. eius. dum dicit senatusconsulto delegatam, aliàs habetur delatam. 91
Iurisconsulti non sunt usi hoc termino delegati. 92
Delegatus pluribus modis appellatur. 93
Rub. & titulus C. de officio uicarij, quomodo debeat intelligi. 94
Vicarij appellatio prout capitur pro uicegerente, non erat cognita de iure Codicis. 95
Vicarius & uicegerens an differant ex proprietate uerborum. 96
Vicarius & uicem gerens est ex communi usu, qui in totum & per omnia repræsentat uicem alterius. 97
Imperator & doctor non dicitur quicunque docet uel imperat, sed cui insignia fuerunt collata. 98
Vicarij à quibus constitui possint. 99
Vicerector constitutus ab uniuersitate, gaudet ijsdem immunitatibus quibus rector. 100
Ordinarius non potest constituere uicarium: fallit, ut ibi. 101
Vicarius episcopi de iure canonico habet ordinariam iurisdictionem. 102
Vicarius quo modo cognoscatur à delegato. 103
Emphyteosis dicitur, quando soluitur quid modicum in recognitionem dominij. 104
Assessores quomodo sint introducti, & quibus nominibus nuncupentur. 105
Assessor nullam habet iurisdictionem nisi sibi tribuatur à lege uel statuto. 106
Assessor habens iurisdictionem, non est proprie assessor: sicut nec dicitur iudex, quando non habet iurisdictionem, ideo non comprehenditur in statuto loquente de iudice, uel assessore. 107
Arbitri iuris qui dicantur. 108
Arbitri electi ex forma statuti, æquiparantur potius ordinarijs quàm delegatis. 109
Arbitri compromissarij qui dicantur. 110
Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. 111
Arbitri non habent iurisdictionem, sed notionem. 112
Actio quando detur ex sententia arbitri. 113

114 *Compromissum ualere potest etiam non adiecta pœna.*
115 *Arbitratores qui dicantur, & quomodo differant ab arbitris.*
116 *Arbiter procedit de iure, sed arbitrator de iure & de facto.*
117 *Arbitrator si iniquè arbitretur, fit reductio ad arbitrium boni uiri.*
118 *Amicabilis compositor quis dicatur, & quomodo differat ab arbitratore.*
119 *Fratres minores qui non possunt esse arbitri, non erunt etiam arbitratores.*
120 *Laudum præsumitur iuste & ritè latum.*
121 *Laudum quibus modis impugnari possit.*
122 *Laudum latum super rebus prohibitis, alienari non tenet.*
123 *Laudum & compromissum super re certa non tenet.*
124 *Arbiter si excedat contenta in compromisso, laudum redditur nullum.*
125 *Laudum nullum quando possit ualere in uim pacti.*
126 *Iudices chartularij qui dicantur.*
127 *Instrumenta guarentigiata quomodo fiant.*
128 *Instrumenta regulariter non habent executionem paratam, & ibi quid de instrumentis guarentigiatis.*
129 *Instrumenta guarentigiata habent executionẽ paratã, quando sunt liquida.*
130 *Notarius non habet dignitatem, nisi sit etiam iudex, uel notarius principis.*



SEMEL atque iterum interpretatus sum hanc partem in Italia, ubi ad amussim singula propter circulos examinaui, quæ hic traduntur per glo. & Doctores, tam antiquos quàm modernos. Verum cum plurima sint magis subtilia quàm utilia, statui omisso illo ordine breuem tractatum iudicum ordinariorum & delegatorum hic compilare, qui multum aperiet mentem in tota materia iurisdictionũ, quæ infrà uenit interpretanda, protestando quod quæcunque dixero, ea intelligo procedere de iure communi circumscriptis statutis & consuetudinibus locorum, & rescriptis principum, per quæ plerunque augetur, minuitur, alteratur iurisdictio iudicum.

In Rubica ibi, mandata est iurisdictio. Quæro pro intelligẽ
1 tia rub. & infra dicendorum, quid sibi uelint hæc uerba, quia per ea describitur seu definitur nescio quid, & habent in se aliquid latens. Glo. rubricæ in prima continuatione, sentit et uult quod significent delegatũ, id est de officio delegati, dum dicit, Visum est supra de officio ordina. nunc delegati. & ita exponit hoc uerbum Mandata, id est delegata. Azo in summa C. de iurisd. omnium iud. Odofre. Paul. Alex. Ias. hic, Alber. infr. l. 1. in prin. & mihi placet, pro qua expositione est gl. in l. 1. §. fin. infr. eo. & in l. nec mandante. ff. de tutó. & curat. dat. ab his. dum constituit differentiam inter uerbum iubere, & mandare, seu delegare, & alia gl. à nemine adducta in ex-

traugan-

trauaganti comun. in uerbo iudices. §. idem. de officio deleg. quæ in specie declarat hanc rubricam, quare inscriptio dicat mandata, cum hic tractetur de delegatis, et inquit idem esse, et unū pro alio poni. Et pro his glossis facit l. cognitio. §. 1. dum loquitur de damno infecto, iuncta l. 1. ff. de damno infect. Nam in d. §. 1. dicitur mandari, in l. 1. delegari. Atq; ut rem ad grammaticos reducamus, secundū quos melius res decidi potest, idem est legare & mandare: utrunq; enim significat committere, ut apud Plautum in Casin. Quin potius quod legatum tibi est negotium, id cura: id est, commissum. Terentius in Adelph. Huic mandes si quid rectè curatum uelis. & ideo tantundē fuisset, si dixisset Commissa iurisdictio. ideo lex ubi primo appellauit causam delegatam, postea in eodem themate appellat causam commissam. c. præterea. extra de offic. de leg. Idem si dixisset data. l. 2. infr. tit. 2. prout illa lex intelligitur in delegato. & gl. fin. in l. sæpe. ff. de offic. præsid. Bene uerū est, quod hoc uerbum Data, magis propriè conuenit iurisdictioni ordinariæ. l. more. cum l. seq. infr. tit. 2. & Doct. in d. l. 2. & latius infrà dicā tractando de iudice ordinario. Ex his satisfactum est quæstioni, ut idem referant uerba huius rubricę, 2
ac si dictum esset de officio delegati. Nec est arguēdus inscriptor, quia potuisset hanc rubricam breuius componere, pro ut factum est in Decretalibus, & in sexto. Nam meminit eius 3
quod uoluit Pedius lib. 1. de stipulationibus, quod refert Paulus iurisconsultus in l. certum. ff. si certum peta. paria fore quid esse certū per se, uel per relationem ad aliud: & nihil referre an res proprio nomine appelletur, an uocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua uice res fungantur, quę tantundem præstent. In simili describit certi condictionem iurisconsultus in l. 1. ff. de condict. tritic. et in l. 1. de interrog. act. per illa uerba, si certum petatur. & eandem certi condictionē. Alio modo depingit Imperator in § 1. Instit. quib. mod. re cō trah. oblig. & in §. sic itaque. Instit. de act. ibi, si apparet eum dare oportere, prout intelliguntur illa iura communiter per Doct. uel aliter dic, quod Iurisconsulti non sunt usi hoc termino delegati, quia est improprius, ut latius dicam infr. in tractatu uicarij & uicegerentis, ubi omnino uide. Aduersus tamen prædicta argui potest, quod licet aliquando mandare & delegare pro eodem ponantur, tamen regulariter differunt. quia delegari dicuntur causæ in specie, & particulares: man- 4
dari uerò uniuersitas causarum. glo. 2. d. l. 1. §. fi. infr. eo. Unde cum uerba debeant capi in dubio per prius, & non per posterius. l. hoc legatum. ubi Bart. ff. de leg. iij. & in potentiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager uectig. uel emphit. uerbum Mandata hic in dubio capiet in suo significatu, pro

mandato uniuersitatis causarum, non pro delegatione. Ad istud dic, illam gl. cōmuniter reprobari per dd. & contra eam ibi ponderat Dec. & Moderni tex. per eam allegatum in l. solet. infr. tit. 2. ibi, aut omnem mandat, aut speciē unam. Et sic una species mandari potest. Verum pro defensione gl. posset euitari ille tex. & intelligere illa uerba Speciem unam pro uniuersitate causarum unius loci, & omnem iurisdictionem pro totali, prout ibi facit glo. At uerior intellectus est, ut uerba illa Speciem unā, capiantur pro singularibus causis. quod probo per l. sequentē, ubi sunt eadem uerba, Aut speciem unā. & in redditione rationis, quare possit mandare unam speciē, inquit iuriscōsultus, quod potuit habere iustam causam, quia ante magistratum forte susceperat patrocinium alterius partis: & sic loquitur de causa particulari. Potest etiam induci ille tex. contra dictam gl. in illis uerbis, inter certas personas. Eandem gl. reprobat Ias. in l. fi. per illum tex. infr. eod. qui tamen posset euitari, ut ibi per eum melius facit tex. in l. cognitio. ubi cognitio de suspectis tutoribus potest mandari. & subdit iuriscōsultus, eam transire etiam mādata generali iurisdictione. Ergo in principio text. intelligiť, in mandato particulari. Ad idem est tex. in d. l. cognitio. §. 1. ubi enumeratis pluribus causis singularibus, in fine diciť eas mandari posse. adde text. in l. etsi prætor. infr. eo. qui loquitur de causa particulari mandata ordinario, & l. cum hi. §. sed nec manda. ff. de transact. Non est igitur recedendum à prædictis, tantundem esse dicere, mandare iurisdictionem, & delegare. Licet autem hæc

5 non differant, est tamen differentia inter uerbum mandare, seu delegare, & uerba præceptiua, puta iubere. quod si uerū est, erunt diligenter inspicienda rescripta delegationum, quibus uerbis sint concepta. Prima est, quod hoc uerbum iubere facit ut causa quę aliàs sui natura erat indelegabilis, possit delegari, ut per gl. in l. nec mandante. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. quod tamen nō procederet, si esset facta delegatio per uerbū Mando, ut ibi, & sequiť Rimi. hic in v. col. Sed hoc mihi non placet, quia intellectus illius l. nec mandante, non stat in uerbis, scilicet an usus fuerit delegans uerbo iussus, an uerbo mandati: sed an mandatum fuerit habenti iurisdictionē, nec ne. ut ibi per gl. secundum alium intellectum. & hoc uolunt omnes infr. eod. l. 1. in glo. super uerbo mandari, & dd. in §. antepe. Instit. de Attil. tuto. Quod probo hac ratione, quia esset in potestate delegantis facere causam delegabilem, quæ non erat delegabilis: quod est absurdum, cum lex illas causas eis cōmiserit specialiter, & in priuilegium, tanquam non alijs, ut dicemus infr. l. 1. Secunda differentia, quia si est facta dele-

6 gatio per uerba præceptiua morte delegantis, non extinguiť iurisdi-

iurisdictio delegati, etiam re integra. quod tamen secus est, cum per alia uerba facta est delegatio, ut uoluit gl. penul. in l. & quia. infr. tit. 2. per tex. in auten. ut nulli iudicum. §. & hoc uerò iubemus. Hanc differentiam non puto ueram. Sciendũ enim est, quod uoluit Bart. in d. l. & quia. quam legit cum l. more. col. 2. Quoties mandat aliquid alicui per superiorem, 7
quod pertinet ad eius iurisdictionem uel officium, et ita ei qui habet aliàs iurisdictionem, illud appellatur propriè iussus importans necessitatem: sed quando committitur aliquid alicui quod non pertinet ad eius officium, illa est propriè delegatio; & sequuntur ibi omnes, ut per Iaso. col. xvi. Dec. col. antepe. His sic præmissis, aut cõmittitur aliquid alicui per superiorẽ quod pertinet ad eius iurisdictionẽ, et tunc per quæcunq; uerba fiat, non extinguitur iurisdictio morte delegantis, etiam re integra: & ita procedit tex. in d. §. ad hoc iubemus. aut cõmittitur causa priuato, uel aliàs habenti iurisdictionem, quæ tamen non pertinet ad suam iurisdictionẽ. & tunc etiam quod sit facta commissio per uerba præceptiua, extinguetur iurisdictio re integra morte delegantis. d. l. & quia. et sic non inspicimus per quæ uerba sit facta commissio: sed cui, & quæ causa sit cõmissa. Hoc idem uoluit Specula. in tit. de offic. deleg. §. restat. in prima col. & in tit. de legato. §. finitur. uers. sed pone de facto. Alex. Ias. Dec. in d. l. more. Rationem differentiæ 8
quare in uno casu extinguatur, in alio non, ponit Abbas in c. relatum. de offic. deleg. Nam quando committitur causa nõ pertinens ad iurisdictionẽ delegati, datur sibi noua potestas, & ille utitur uice delegantis, ideo eius morte extinguitur iurisdictio. d. l. & quia. Sed quando committitur illi ad cuius iurisdictionem pertinet, non datur noua potestas, sed illa quam ipse habebat excitatur: ut dicemus etiam infr. in tractatu ordinarij. c. licet undiq;. extra de offic. deleg. c. cum aliquibus. de rescriptis. in vi. Ergo cessat illa ratio quæ in superiori casu militat, quia non utitur talis iurisdictione alterius. Et hanc rationem sequuntur dicti Doct. in d. l. more. & Felin. in d. c. relatum. col. penul. Tertia est differentia, quod si est facta delegatio per uerba præceptiua importantia necessitatem, talis constituit iudex ordinarius, ubi aliàs esset delegatus, per gl. in l. sæpe. ff. de offic. præsid. Sed aduerte, quia illa glo. hoc non dicit: sed uult, quod si est facta delegatio per uerba præceptiua, ille cui est facta, non possit delegare. secus, si per alia uerba, puta mando, &c. Illam gl. sequitur ibi Bart. & Bald. dicit nõ esse 9
alibi, sed habet cõsociam in d. c. cum aliquibus. Eam sequit etiam Ias. in l. à iudice. C. de iudic. col. penul. qui refert plures eam sequẽtes, & Moder. infr. l. 1. §. si super prima gl. & Alex. in l. more. infr. tit. 2. col. penul. dicit totum mundum eam ser-

uare.qui tamen postea dubitat ne non sit uera, per aliam glo. in l.1.ff.quod iussum.quę uoluit quod rogatio domini habet uim præcepti, ergo nō refert per quæ uerba fiat delegatio à superiore.et illam gl.in d.l.1.sequutus est etiam Felin.in c.si pro debilitate.extra eo.in prin. reprobata glo. in d.l. sæpe. Non est tamen recedendum à gl. in d.l. sæpe. quia ut dicit Alex.totus mundus eam seruat:et in effectu plus importat pręceptū, quàm mandatum.c.dubium.xviij.q.ij.Nam mandatum monet, præceptum arctat. Bene uerū est, quod uerba mandatoria secundum subiectam materiam etiam arctabunt, arg. l.si
10 olei.C.locati.Non obstat gl.in d.l.1.quod iussum.quia respōdendū est. ut per Decium in d. c. si pro debilitate. eius uerba non esse ad corticē accipienda, sed ad sensum. c.intelligentia. extrà de uerb.sig. Nam intellexit, quod rogatio domini est præceptum, quia illud fieri & exequi debet, non tamen necessariò per eum cui facta est rogatio, ut in casu nostro, sed etiam per alium. Aliquot etiam differentias inter mandatū & præceptum, uide per Felin.in c.eam te.col.v.de rescript.

His præmissis pro intelligentia uerborum Rubricæ, descēdendo ad principale propositum nostrum, est uidendum de his quibus mandatur seu delegatur iurisdictio, quam iurisdictionem habeant. Et omittendo inuestigationē illam, an Im-
11 perator habeat imperium à Deo, & an à summo pontifice, de quo per Felin. in c.si quando. col. vi. extrà de rescriptis. & Decium amplissimè in c. nouit.col.4.cum seq. extrà de iud. rem paucis perstringendo, ut intentionis meæ est, sciendum est, omnem iurisdictionē siue in genere, siue in specie, à principio fuisse in populo: deinde lege regia lata, omne imperium, omnis potestas translata fuit in Imperatorem.l.1.suprà de cōstitu. princip. §. sed quod principi. Instit. de iure naturali, gent. & ciuili. Sed quia princeps habebat sub se plurimas prouincias & ciuitates, difficile & impossibile erat ut solus posset
12 ubiq; satisfacere, & exercere iurisdictionem. ideo communicauit eam magistratibus, non ab se abdicando, sed sicut sol communicat lumen planetis, neq; propterea ipsi minuitur. c.bonæ.de postul.prælat.ubi Bald.col.4. & sicuti riuuli scaturiunt à fonte, et tamen fons non exiccatur, ut per Angel.in rub.infr.de iurisdic.omniū iud. Non tamen fuit facta communicatio æqualis.nam aliquibus plus tributum fuit, quàm alijs.ut per Alex.infr.eod.l.1. Quinimo secundum Paulum Castrensem ibi, quædam retinuit quæ nulli communicauit: quod intelligendum est in uim ordinariæ potestatis.aliàs autem solet princeps sibi reseruata in priuilegium concedere, puta ius legitimandi, doctorandi, creandi notarios, cum similibus, ut in Autent.quibus mod.nat.effic. sui. §.fin. & uidere

est

est in priuilegio Comitum Palatinorum, prout in eo quod quondam pater meus habuit pro se & descendentibus masculis, à Cæsare Maximiliano, dum legationis munere apud eũ pro Marchione Montisferrati fungeretur. Et nõ modo princeps & lex uiua tribuit iurisdictionem, sed lex mortua, tum ciuilis, tum prætoria: similiter consuetudo. item alijs modis, ut per gl. in l. et quia. infr. tit. 2. in uerbo Nec ipsa. et ibi sigillatim omnia prosequunt Bart. & dd. At nos prosequemur tantũ magis quotidiana de Imperatore & Pontifice, idem intelligendo de rege Hispaniarum, & rege Franciæ, & Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, et alijs etiam ciuitatibus, quibus iura imperij concessa sunt, qui censentur principes in suo territorio, & omnia possunt in subditos eorũ quæ Imperator in toto orbe, ut pulchrè deducit Curt. iunior in suo tractatu feudali, in 2. q. secundæ q. principalis, & Iacob. de S. Georg. in inuestitura feud. col. 1. uers. dubitatur etiam. 13
Hæc autem iurisdictio per hos principes diuersimode mandatur suis magistratibus. Aliquando tribuitur uniuersaliter in toto territorio cui præficiuntur. & hæc est ordinaria, puta prætori, præsidi, proconsuli, & in hoc comitatu balliuis, ut apparet ex titulis superioribus, & in l. eum qui. infr. tit. 2. quam licet tribuatur à principe, habent tũ suam & iure proprio. l. 1. §. fin. & l. etsi prætor. infr. eo. l. more. & l. solet. infr. tit. 2. id est radicatam, & initium principaliter sumentem in personam ipsorum. d. l. & quia. ibi, principaliter. quam ita ibi declarat Bart. & omnes in principio. Et hoc casu dicitur proprie et strictè iurisdictio dari. d. l. & quia. ibi, ei iurisdictio data est. & notant dd. in l. 2. infr. tit. 2. Largo tamen modo aliquando lex loquens de iurisdictione ordinaria, utitur uerbo delegare, ut in l. 1. ibi, senatusconsulto delegatam. & in l. qui ordina. C. de offic. recto. prouinciæ. & tunc illud uerbum est exponendũ pro commissione, ut facit Bart. in d. l. 1. & Io. And. in c. 2. de offic. deleg. in vi. uel pro dare, ut facit gl. in c. irrefragabili. §. cæterum. in uerbo, super hoc. extrà de offic. ord. quę optimè loquitur in proposito, & allegat simile in c. ad abolendam. de hæretic. 14
Ex hoc quod ordinarij habent iurisdictionẽ iure proprio, & radicatam in personam suam, non extinguitur eorum iurisdictio per mortem concedentis etiam re integra, ut notat Paul. de Castro per illum tex. à contrario sensu, in d. l. more. cum l. seq. ubi Alex. sequitur in 3. notab. & Ias. in v. adducentes etiam tex. in d. c. 2. de offic. leg. in vi. Quod tamen limitatur per eos, nisi illa ordinaria cohæreret alteri ordinariæ tanquam accessoria, & ab illa penderet. Et ponunt exemplũ in uicario episcopi, qui habet ordinariam iurisdictionem. c. ij. de offic. uica. in vi, & eius iurisdictio extinguitur per mortẽ epi- 15

ſcopi,& deuoluitur ad capitulum.c.fi.& penul.extra,ne ſede
uaca.dd.in c.penul.de offic.uica. Alex.infra in hac rub. col.
penul. & ibi Riminal.col.antepenul. & Moderni. Subdit u-
num Iaſ. in d.l.more. col.5. quod iuriſdictio ordinaria dari
16 non poteſt,niſi per ſcripturam publicam: & ſi aliter data fue-
rit,non ualet,alleg. Bald. in l.prohibitum .col.4. C.de iure fi-
ſci.lib.x. Ex quo ſequitur ſecundũ eum, quod debet probari
quoq; per publicam ſcripturã. Hoc dictum apud me eſt dubi
tabile,quia gratia & priuilegium bene ualent ſine ſcriptura.
Clemen: dudum. §.nec etenim. de ſepult. Vnde ſi pontifex
pronunciauit aliquem epiſcopum alicuius ciuitatis, ſtatim eſt
epiſcopus. Bald. in l.humanũ. in fi. C. de leg. Conſiderabã
ſic dici poſſe. aut quærimus an ſcriptura ſit neceſſaria ad cõſti-
tuendum aliquem ordinarium, & dic quod non. Si enim con
ſtat eum eſſe ordinarium, etſi non confecta ſit ſcriptura, erit
ordinarius per proxime dicta. Aut dubitatẽ an ſit ordinarius,
& tunc ad hoc probandum requiritur ſcriptura per l.1. C.de
mand.prin. Ita in ſimili diſtinguit Dec. in rub.extra de conſti
tu.col.penul. in prima lectura. Iuxta prædicta quæro,an ad eſ
17 ſe ordinariæ iuriſdictionis requiratur territorium, & ita quod
ſit iudex præfectus loco, uidetur dicendum quod ſic. l.1. §. cũ
urbem. ff. de offic.præfect.urb. & l.fi. C. ubi & apud quem.
ubi gl. notat ex illo textu illum poſſe reſtituere in integrũ,qui
præeſt adminiſtrationi cum iuriſdictione. & ibi Bart. inducit
hæc iura, inferendo, ex hoc dignoſci poſſe, an aliquis ſit iudex
ordinarius, an delegatus. & idem uult Innoc. in c. quoniam
Abbas. de offic.deleg. & in c.cum ab eccleſia. de offic. ordin.
Tu uero conclude, contrarium non eſſe de neceſſitate, & poſ
ſe conſtitui ordinarium, ſeu ordinariam iuriſdictionẽ ſine ter-
18 ritorio. Et ratio eſt, quia iuriſdictio nõ cohæret territorio acti-
uè: & ideo poteſt eſſe iuriſdictio ſine territorio in perſonas.
ita Bart. & cõmuniter omnes in l.1.col.penul. infr. de iuriſd.
omnium iud. Alex.conſ.35. uiſo proceſſu uolu.4. & in termi
nis noſtris, idem Alex. in l.ſolet. col.fi. eo.tit. de iuriſd. omniũ
iud. qui repræhendit Innoc. ubi ſupra Felin. in c.poſt ceſſio-
nem. primo notab. de probat. & eundem Alex. in l.iubere.
19 col.2. eod. tit. Facit quod Doctor eſt iudex ordinarius inter
ſcholares. Bart. in l.ambitioſa. in fi. ff. de decret. ab ord. faciẽ.
& in q. ſua incipie. adunantia, in fine. & tamen non eſt præfe
ctus territorio, ſed perſonis tantum. & ex hoc quod ſit ordina
rius, poteſt delegare ſecundum gl. in autent. habita. C.ne fi-
lius pro patre. Alex. in d.l.ſolet. Ex quo apparet, decipi Zaſi-
um in l.2. §.his legibus latis. ff. de orig. iuris. qui dicit, docto-
rem inter ſcholares eſſe iudicem innominatum, nec eſſe dele-
gatum, nec ordinarium, nec poſſe delegare. Facit etiam quod
notarij

notarij creati cum hac clauſula, ut ſint notarij & iudices ordi-
narij, habent iuriſdictionem ordinariam, et tamen nullum ha
bent territorium, ut per Bart. in d. l. fin. C. ubi & apud quem.
& in d. l. 1. col. penul. de iuriſ. omnium iud. Et uocantur tales
notarij, iudices chartularij, ut dicam infr. in fine huius tracta-
tus. Tandem dic, quod ubi cōceditur uniuerſitas negocij ab
habente poteſtatem, dicitur in dubio tribui iuriſdictio ordi-
naria, etiam ſine territorio. Bart. in d. l. ambitioſa. col. fi. & in
d. q. incip. ad unātia. & in d. l. more. col. 2. uerſic. iuxta hoc. u-
bi cōmuniter alij ita tenent, quod ſeruiet ad ſtatim dicenda.
Secūdò, aliquando tribuitur iuriſdictio his magiſtratibus &
ordinarijs, per principem ultra uniuerſalē inter certas perſo-
nas, & in cauſa particulari. et tunc aut cauſa fuit cōmiſſa, quæ
non ſpectabat ad iuriſdictionem ordinarij, & commiſſio tri-
buit iuriſdictionē delegatam: talis enim ordinarius in illa cau 20
ſa eſt delegatus, & nō ſuo, ſed alieno imperio agit. l. & ſi præ-
tor. ubi caſus. infr. eo. Alberi. in l. ſæpe. col. fi. ff. de offic. præ-
ſid. Doct. in d. l. & ſi prætor. At in contrariū eſt deciſio Bald.
& collegij Peruſini, in quodam conſilio relato per Lapum, al-
lega. 88. col. penul. ubi fuerat per commune Florentiæ com-
miſſa quædam cauſſa officialibus mercantiæ, fuit poſtea dubi
tatum, an dicti officiales eſſent ordinarij, uel delegati. arguit̄
quod delegati, per d. l. & ſi prætor. Demum concluditur, eos
eſſe ordinarios in illa cauſa, quia eorum iuriſdictio ordinaria,
quam aliàs habebant, fuit per commiſſionem prorogata ad
hanc cauſam ſpecialiter commiſſam. Iſtud eſt magni effectus,
cognoſcere an ſit delegatus uel ordinarius, propter differen-
tias quę ſunt inter eos, de quibus dicam infrà loco ſuo. Pro re-
ſolutione dic, ſi apparet aliquo modo ſuperiorem uoluiſſe de-
legare illam cauſam, puta quia uſus eſt uerbo delego, uel for
taſſe quia erat alius ordinarius, qui commitebat alteri ordina-
rio unam cauſam ex ſua iuriſdictione, qui non poteſt dare or
dinariam iuriſdictionem, ut infrà dicam loco ſuo, uel alio mo
do apparet de mente delegantis, eo caſu hic ordinarius ha-
bebitur pro delegato, ſecundum textum in d. l. & ſi prætor.
Si uero ſumus in dubio, tunc uidebit̄ prorogata iuriſdictio,
& hic officialis habebit̄ in illa cauſa, ut ordinarius. Ita proce-
dat dictum collegij Peruſini. pro quo facit doctrina Bart. in
d. l. ambitioſa. col. fin. in illis uerbis. Si enim hoc concedit offi
cio; tunc priores poterunt ex ſuo officio, ex poteſtate ordina-
ria. & ſequuntur communiter alij. Seuerin. in l. more. q. xv.
ubi Dec. col. 5. et Moder. in d. l. more. cū l. ſeq. & idē Dec. in
c. ceterū. col. 1. extra de iud. Socc. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.
3. notab. ff. de uerb. oblig. qui pro hoc dicit eſſe caſum in d.
c. cum in aliquibus. de reſcrip. in vi, & ibi Crotus col. v. cum

ſeq.

ſeq.& alij Moder.Iaſ.in l.ius autem ciuile.ſuprà de iuſt.& iure. Aut committitur cauſa ordinario, quæ ſpectabat ad ſuam
21 iuriſdictionem.& hæc commiſſio nullam tribuit iuriſdictionem, ſed ſolum excitatur iuriſdictio,& officium ipſius ordinarij.d.l.ſæpe.& d.c.cum in aliquibus.& c.licet. extra de offic. ordin. Talis enim commiſſio, eſt potius iuſſus importans neceſſitatem, quàm delegatio, ut dicit Bart.in d.l.more.col.2.& dixi ſuprà in declaratione uerborũ Rub. Limita, quando in cõmiſſione alteraretur iuriſdictio ordinarij in illa cauſa, quia tunc cenſeretur delegatus propter regulam: quod quando aliquid detrahitur, uel additur, certe rei efficitur tertia ſpecies.d. l ius autem ciuile.& ibi Iaſ. in ſpecie infert ad hanc limitationem,& Deci. in d.l.& ſi prætor. in prin. Docto. omnes poſt Angel.in d.§.ſi quis ſimpliciter. per illum tex. & Canoniſtas in c.licet. ubi Fel.col.2.& tertia.extra, de offic. ordin. Ex quo inferunt in ſpecie, ſi cauſa committatur ordinario à principe, ſummariè & de plano cognoſcenda, in qua ordinarius non poterat de plano, nec ſummariè cognoſcere. hoc caſu iudex erit delegatus, quia eſt alterata iuriſdictio. et hæc eſt communis opinio, ut per Felin.in d.c.licet.col 1 & alios in locis ſuprà allegatis. licet contrarium tenuerit Dec.in d.l.etſi prætor. Idem. ſi eſſet cauſa commiſſa appellatione remota. Doct. in d.c.licet. Peruſin.c.paſtoralis.col.4.uerſ.xi.operatur, extrà, de appel. Et plures coniecturas, quibus uideatur alterata iuriſdictio, uide per eoſdem ubi ſuprà, maximè Felin.in d.c.licet. & Moderniores in d.§.ſi quis ſimpliciter. Vltimò notabis unũ pro condimento præmiſſorum, ubi dictum ſit principem cenſeri tribuere iuriſdictionẽ ordinariam, id non procedere quo-
22 ties in commiſſione eſſent appoſita hæc uerba, Cognoſcas, authoritate noſtra: quia tunc ſemper erit delegatus, ut per Bart. in d.l.more, col.2. allegat procemium Inſtitutionum, ibi, Authoritate noſtra.& l.1.§.ea enim.C.de ueteri iure enucl.& omnes eum ſequuntur ibi,& in d. §.ſi quis ſimpliciter. & Felin.in d.c.licet. Idem ſi reſcriptum cõtineret alia uerba ſimilia & æquipollentia, puta, Vice noſtra. Limita iſtud dictũ, ut per eoſdẽ, procedere, quando huiuſmodi uerba ſunt appoſita in principali diſpoſitione: puta, Committimus ut authoritate noſtra cognoſcas. ſecus, ſi in confirmatione diſpoſitionis in fine dicatur, quæcunque egeris authoritate noſtra rata ſint. ita exemplificat Alex.et Iaſ.in d.l.more. Et hoc eſt generale, quod clau-
23 ſula acceſſoria non immutat naturam principalis, ut notatur in Clemen.1.de præben.& ideo licet mentio mortis facit iudicari donationem cauſa mortis, ut nota.in l.2.C.de iure dot.& per Bart.& alios in l.quæ dotis.ſolut.matrimo.& in l.fin. ubi dixi anno proximo, C, de pactis, Hoc non procedit, ubi ſit

sit mentio mortis in clausulis executiuis, & accessorijs. Alex. in d.l. quæ dotis. Deci. in d.l. more. col. v. & cons. 305. col. fin. & cons. 470. col. 1. & potes late comprobare ex cumulatis per Ias. in l. ex pupillari. ff. de uulg. & pupill. Hic quæri posset opportune, an inferior à principe dare possit ordinariã iurisdi ctionem. & uidetur quod sic, ut in officiali seu uicario genera- 24
li episcopi, qui habet ordinariam, & unum & idem tribunal cum eo. c. Romana. de appell. in vi. & nota. in c. 2. de offic. uica. eod. libro. & tamen constituitur ab episcopo, qui est ordinarius. Tene contrarium, ut nullus inferior à principe faciat ordinarium. l. cum prætor. ff. de iud. sentit gl. in d. l. more. & ibi Seuerin. q. xv. & ratio est, quia si deberet constituere ordinarium, opus esset quod propriam iurisdictionem à se abdicaret, quod facere non potest. l. legatus. ff. de offic. præsid. Non obstat quod dictũ est de uicario, quia respectu episcopi eum cõstituentis, est delegatus. nã potest eum quandocunq; reuo- 25
care, uel causam aliquam ad se auocare. Clem. 2. de rescript. c. nostrã. de appell. & ibi notatur, & eius iurisdictio expirat morte concedentis. Clem. fin. de procurat. ut dixi lib. 1. Supputa. cap. xi. Ordinariam uero habet à lege, ut ibi, & in d. c. Romana. & d. c. 2. habetur. Vnde infero, non bene loqui Alex. hic, & alios, qui in hoc constituunt differentiam inter ius canonicum, & ciuile: quoniam nec de iure canonico ordinarius dat 26
ordinariam iurisdictionem, sed est lex. Differentia igitur erit, quod de iure canonico lex tribuit ordinariam uicario constituto ab ordinario: quod non est de iure ciuili, ut latius dicam infrà tractando de uicario.

Hactenus de iuridictione quæ mandatur magistratibus, & publicis personis. nunc sequitur uidendum de ea quæ mandatur personis priuatis. Nam & priuatis mandatur de iure ciuili. l. fin. infr. eod. in quo tractatu primo se offerunt delegati. Sed antequam ad specialia descendam, præmittendũ est ad intelligentiam infrà dicendorum, in iure dari tres terminos, u- 27
niuersalem, generalem, et particularem. Vniuersitas constituitur ex pluribus rebus cõstituentibus unũ corpus collectiue, & unum totum, ita quod nulla res per se consideratur. l. eum qui ædes. ff. de usucap. l. qui uniuersas. in prin. ff. de acquir. posse. ut hæreditas, peculium, dos, hæc sunt quoddam uniuersale. Ias. in l. 1. ff. de leg. 1. & habetur in rub. ff. solut. matrimo. Et licet aliquando lex abutatur hoc termino uniuersali, utendo uerbo generali, ut in l. cognitio. infr. eo. tu tamen accipias secundum subiectam materiã pro uniuersali, iuxta l. prætor. infr. tit. 2. sic etiam accipitur in autent. hoc amplius. C. de fideicom. et dixi in rub. Institu. de fideicom. hæredit. Generalitas est pluralitas rerum, quæ non cõstituant unũ corpus, nec

unum totum, sed quælibet res ut singulæ per se habentur, ut
omnes uestes meæ, omnes serui mei, omnes equi mei: ut per
Alex. in l. grege legato. ff. de leg. 1. Ideo datur regula, idē ope
28 rari genus in suo genere, quod species in sua specie. l. si duo.
in prin. ff. de administ. tuto. Et ratio ea est, quia distinctē in ge
nerali dispositione singulæ species considerantur. E conuerso
datur alia regula, multa transire cum uniuersitate, quæ per se
non transeunt. l. quædam. ff. acquir. rerum domi. l. in modi-
cis. ff. de cōtrah. empt. Ratio est, quia non singulæ considerā-
tur, sed tanquam unum corpus & unum totum. Particularitas,
seu singularitas constituitur ex singulis rebus separatis.
hanc doctrinam tradit Bart. in l. scire debemus. in prin. ff. de
uerb. oblig. & in l. si ita. col. 2. ff. de auro & argent. leg. Paul.
de Castro, Alex. Ias. et cæteri, in l. 1. infr. eo. super gl. in uerbo,
non aliter. in fine. Hinc dicit glosa in l. edita. C. de edendo. a-
29 liud esse iudicium uniuersale, ut petitionis hæreditatis: aliud
generale, ut tutelæ, negociorum gestorum: aliud particulare,
puta depositi, commodati. Similiter est dare legatum uniuer-
sale, generale, particulare, ut per Alex. in d. l. grege. & latius
declaraui in d. rub. Institu. de fideicom. hæred. Hæc eadē do-
ctrina datur in materia delegationis, quia mandatur seu dele-
gatur iurisdictio uniuersaliter, generaliter, & particulari-
ter, super quibus cum ex re nostra sint, latius est instandum.
30 Vniuersaliter fit, quoties constituto ordinario magistratu, seu
officiali in tota prouincia & territorio princeps, seu ipse ordi
narius committit alicui causas omnes quas contigerit moue-
ri in aliquo castro uel uilla, uel aliqua certa parte eiusdē terri-
torij. ita uult gl. magna in prin. in l. 1. ff. quis et à quo appell. et
in d. l. solet. in uerbo speciem. Azo in summa C. de iurisd. o-
mnium iud. Paul. de Castro in l. 2. infr. eo. Alber. in d. l. 1. quis
et à quo: qui ponit rationem. Bald. & Salic. in l. à iudice. C. de
iudicijs. & Alex. in l. solet. infr. tit. 2. Peruf. in c. cum causam.
col. penult. extrà de appell. Ias. in l. more. col. ix. Curt. iunior
cons. 2. col. 2. ubi ponit de uasallis, qui habent diuersa loca, &
in omnibus cōstituunt ius dicentes. Tales enim sunt delega-
ti ad uniuersitatem causarum. Et exemplum etiam patet in
uicario foraneo episcopi, qui constituitur ultra uicarium ge-
neralē in certa parte diocesis, qui dicitur delegatus ad uniuer-
sitatem causarum. glo. in Clem. & si principal. de rescript. su-
per uerbo Foraneo, & ibi Cardi. Et idem esset si aliquis balli-
uus in hac patria ultra suum locumtenentem mandaret iuris-
dictionem alicui in aliquo castro sui balliuatus: quod proce-
dit sine scrupulo, ubi mandatur iurisdictio in illa parte territo
rij ab ordinario. Nam cum nullus inferior à principe possit
dare ordinariam iurisdictionem, ut dicemus infrà, & tradit Se

uerinus

uerinus in d.l.more.q. xv. talis erit omnino delegatus. Sed dubium non paruum est apud Docto. quid? quando in aliquo castro mandatur iurisdictio à principe, qui potest etiam 31 constituere ordinarium, an tunc dicatur constitutus ordinarius? an delegatus ad uniuersitatem? Multi multa dixere, sequendo cōmunia in dubio. Dic censeri ordinarium, propter doctrinam Bart.in d.l. more.col.2.& in d.l.ambitiosa.col.fi. communiter approbatam.qui concludit,quod quando committitur uniuersitas negotiorum,in dubio uidetur concedi iurisdictio ordinaria. & ita in specie tenent Hostien. Anto. de Butrio in c.cum ab ecclesiarum.de offic.ordina. sequitur Perus.in d. c.cum causam.col. penult. & communem testatur Alex.in d.l.solet. Qui tamen limitant,quando princeps uteretur uerbo delego,uel apponeret illam clausulam, Cognoscas authoritate nostra,aut uice nostra:quia tunc diceretur constitutus,delegatus ad uniuersitatem causarum. Sed quid si non esset mandata iurisdictio de omnibus causis uertentibus in illo castro, uel uilla? sed tantum in genere subalterno? puta,cō- 32 mitto tibi omnes causas mutui,quę uertentur in tali castro. Et dic idem esse, quia erit delegatus ad uniuersitatem causarum, secundum Gulielmum de Cuneo in l. à iudice. C. de iud. Bal.in d.l.solet.4.q.ubi Alex.dicit communē. sequitur Dec. in c.causam matrimo.extrà de offic.deleg. & idem si commissæ essent omnes causæ in tali castro à decem libris infrà. Modo enim fiat cōmissio sub nomine collectiuo,restricto ad quātitatem,tempus,uel locum,constituetur delegatus ad uniuersitatem causarū,ut uult Bart.in l.senatus.suprà de offic. procons.& leg. Sed quid, si nulla fiat mentio territorij? scilicet castri,uel uillæ,aut alterius partis? an is cui committitur pluralitas causarum erit delegatus ad uniuersitatem? Dic quod nō: nam requiritur quod delegatio fiat respectu territorij: aliàs nō est uniuersalis. sed generalis, de qua dicemus infrà loco suo, subijciendo exempla. ita Bald.in d.l. à iudice.C.de iud.2.q. et ibi Ias.col.2.Alex.in d.l.solet.Perus.in d.c.cum causam.Ex quo infero,malè loqui Bart.in d.l.senatus. dum tenet eum esse delegatum ad uniuersitatem causarum, cui committuntur causæ inter Petrum & Sempronium. & cōtrarium tenet Bal. post Guilielmum de Cuneo, in d. l.solet. in 3. q. ubi Alex. in fine dicit,Doctores ita communiter tenere. & idem Bal. in d. l.à iudice.Perusi.in d.c.cum causam. Habes quomodo cōstituatur delegatus ad uniuersitatem causarum, operæpreciū est modo uidere cuius naturæ sit,et quam iurisdictionem nanciscatur,in quo glossæ iuris canonici & ciuilis fuerunt uariæ. 33 nam aliquæ uoluerūt quod habeat instar ordinarij, et sit quasi ordinarius,ut in c,cum causam.de appell. in uerbo delega-

tus.& gl.in l.fi.C.de iud.gl. magna circa medium, in l. si uni. aliàs Pompon.ff.de re iud. Quinimo secundum Alex. in d.l. more.col.4.& ibi Ias.5.notab.gl.in c. statutum. §.insuper. in uerbo moderatas. de rescriptis in vi. appellat eum ordinariũ. Alia gl.in Clem.2.de rescript.in uerbo foraneo,tenet esse delegatum.Ego teneo quod non sit simpliciter ordinarius, nec delegatus, sed constituat tertiam speciem, id est sit delegatus cum hoc adiunctio,ad uniuersitatem causarum: sicut in simili
54 uidemus actiones finiũ regundo. famil.hercisc. cõmu. diuid. esse personales, quia oriuntur ex quasi contractu. §. item si inter aliquos.cum §.seq.Instit.de oblig.ex quasi contra.l.1.ff. finium regund.Sed qui participant in aliquo,de reali appellantur mixtæ.§.quædam.Instit.de actio.id est personales mixtę, l.hæreditatis.C.de petitio.hæred.item actio noxalis,et ad exhibendum sunt personales.l.3.§.est autem personalis. ff. ad exhiben.tamen quia participant de reali,quod sequunť possessorem,dicuntur personales in rem scriptæ,ut declarant Ias. & alij in rub.ff.si certum peta. Sic & interdicta dicuntur personalia in rem scripta.l.1.§.interdicta.ff.de interdictis. sic petitio hæreditatis diciť realis mixta, ut dixi lib.2.Supputa.cap. 4. Nunc in proposito,hic cui delegantur causæ in aliquo castro seu uilla unius territorij est delegatus,quia iurisdictio ordinaria est apud magistratum generalē ipsius territorij, ut dicimus in uicario generali episcopi, & sic ipse nihil potest habere proprium. l.1.§.qui mandatam. infr. eo.& agit nomine alieno.l.etsi prætor.eo.tit.l.solet.infr.tit.2. Vnde cum iurisdictio non sit radicata principaliter, nec principiũ sumat in personam suam,non potest esse ordinarius, d.l.more.cum l. seq. & ibi notant Doct. Præterea cum delegatus ad uniuersitatem constituatur etiam ab ordinario,ut suprà dictum est, & nemo inferior à principe dare possit ordinariam iurisdictionem, ut iam dixi, & tradit Seuerin.in d.l.more.q.xv. sequitur necessariò,quod uerè & regulariter est delegatus,prout uoluit glo.in d. Clem.2.de rescript.& propterea omnia quæ dicentur infra de delegato simplici, & in differentijs quas dabo inter delegatum & ordinarium,habebunt locum in hoc delegato ad uniuersitatem, aliquibus casibus exceptis, quos statim subijciã.
55 Quinimo ualet argumentũ à delegato simplici ad uniuersitatem causarum ex identitate rationis, secundũ Abbat. in c.relatum.extrà de offic.deleg.Dec.in d.c.cum causam.in fin. Et quod sit delegatus,est communis opinio,ut per Ias.in d.l.more.5.notab.qui diffuse hoc examinat.& ibi Alex.col.4. & omnes.Perus.in d.c.cum causam.& ibi Dec.& idem in d.l.solet.in fi.& in d.c.causam.de offi.deleg. omnes Moderniores hic in rub. nostra, super uerbo mandata. Et ideo ab eius sub-

delegato nō appellatur ad eum, sed ad ordinarium. Alex. in d.l.more.col.4.& est gl.magistra in c.dilecti.de appell. ut dicam infrà in quadā quæstione incipiente Academia. Item potest recusari ut suspectus, sicut alius delegatus. Iāco. Butriga. Bal. Salic. Fulgo. in l.fi.C.de iud.ubi Ias. col. penul.reprobata ibi gl.quæ uolebat cōtrarium,& extinguiē eius iurisdictio re integra. Bart.in d.l.more.col.fin.ubi Alex.col.antepen.& ibi Ias.& Dec.& est text.in c.fin. §.officium.de officio delegati in vi. quod est proprium delegatorum. d.l.more. Verum quoniam sibi delegantur causæ respectu territorij, quod est quid uniuersale.l.pupillus.§.territorium ff.de uerb.signi. & sibi committitur negocium uniuersale:in hoc assimilatur ordinario,cui quid uniuersale cōmittitur,ut per Bald. in d.l.à iudice.& in d.l.solet.& ibi Alex.in glo.a.non tamen propterea est ordinarius.cum illud sibi tribuatur in modum delegationis,ut dicit Bald.in d.l.à iudice.& per rationes quas suprà posui:ideo eligitur quædam media uia, & appellatur delegatus ad uniuersitatem causarum. & hoc modo bene loquuntur illæ glossæ, quæ dicunt eum habere instar ordinarij, quia innuunt esse delegatum, sed habere aliquam similitudinē cum ordinario.arg.l.quod Nerua.ff.depositi.Nec obstat glo.in d. 36 c.statutum.§.insuper.quę uult esse ordinarium,quia eam reprehendit Alex.in d.l.more.col.4.dicens melius locutā fuisse,si dixisset habere instar ordinarij. Sed illa gl.non meruit allegari, nec reprehendi, quia non dicit id ad quod allegatur. Non enim loquitur de uicario foraneo episcopi, quamuis exprimat de delegato ad uniuersitatem, sed de uicario generali, cui etiam episcopus committit uniuersitatem causarū:& de eo dubitabatur an esset ordinarius,an delegatus, cum eius officium expiret morte concedentis, & ordinarius non constituat ordinarium.& quod glo.ita intelligat,apparet,quia dicit illum delegatum ad uniuersitatem facere idem tribunal cum ordinario.quod nō est in foraneo, qui proprie dicitur delegatus ad uniuersitatem,ut per gl.in d. Clem. 2. de rescript. Item ex alio colligiē, dum glo.remittit se ad notata,infra de offic.uica.& dum allegat c.Romana.de appell.eo lib.quod loquitur de uicario generali,& ibi gl.etiam hoc tractat in uerbo generaliter. Ex hoc quod participet de ordinario, plurima quæ in iure habent locum in ordinario,procedunt quoq; in delegato ad uniuersitatem.& plures casus in quibus æquiparantur,col 37 ligere potes ex Doctoribus in locis suprà allegatis, & nonnullos cumulat Perus.in d.c.cum causam.col.antepe .Et inter alios hic est multum frequens, quod potest subdelegare unam causam,uel plures, sicut facit ordinarius,de quo dicam infrà loco suo. Et similiter potest petere sportulas,quod non facit a-

lius delegatus. gl. in d.c. statutum. de rescript. in vi. Sed ut supra dixi, loquitur illa gl. de uicario generali. hoc dictum tamẽ cõmuniter recipitur. Similiter licet plures delegati etiã à principe non intelligantur habere iurisdictionem in solidum, nec possit unus sine alio cognoscere. c. causam matrimonij. extrà de offic. deleg. tamen aliter in delegatis ad uniuersitatẽ, quia unus tantum potest procedere & finire processum, cum censeatur in solidum sibi data iurisdictio, sicut ordinario. Bart. in l. si uni. col. 1. q. 1. ff. de re iudic. Et licet Panor. contrarium uoluerit in d. c. causam. tamẽ ibi dicit quod nunquam uidit reprobari Bart. & ideo postea mutauit sententiam in d. c. cum causam. ubi Perus. sequitur, & cõmuniter teneri testat Alex. in d. l. si uni. col. 1. Feli. in d. c. causam matrimonij. ubi Deci. col. 3. Item si tulit sententiam nullam, potest iterum iudicare. Bald. in l. si ut proponis. C. quomodo & quando iud. Rota decisione 341. incip. item fuit dubitat. quod non admittitur in alijs delegatis. d. l. si ut proponis. Alex. hic col. 2. Eius quoq; iurisdictio est prorogabilis de persona ad personam, quemadmodum in ordinario. glo. in l. 1. ff. de iud. Panor. & alij in c. P. & G. extrà de offic. deleg. Et exequitur suam sententiã Angel. in l. tale pactum. §. qui prouoca. ff. de pactis. Vtilitas potest esse maxima, scire an sit principaliter delegatus, an ordi-
38 narius, propter dispositiones loquentes de delegatis & ordinarijs, quæ solent intelligi in eo de quo quis magis participat. l. quæro. ff. de statu hominum. ubi Bart. decidit, quod si quis ualeat in duplici arte, est iudicandus secundum illam de qua magis participat. & si statutum prohibeat extrahi uinũ, comprehendet uinum dimidiatum, quod fit in Italia: quia licet aqua misceatur, tamen plus participat de uino. secus in posca, quæ etiam in Italia fit extracto uino, & aqua superimposita racemis, quia illa magis participat de aqua. Rippa in tract. de peste. charta 91. nu. 295. Et quod cũ petitio hæreditatis sit realis. l. sed et si lege. §. petitio. ff. de petit. hæred. quamuis habeat quasdam præstationes personales, iudicabitur de ea tanquã de reali, ideo ueniet in statuto faciente mentionem de reali actione. et ita late cõsuluit Signoro de Homod. cons. 48. incip. quæritur. facit reg. legis, si quis nec causam. ff. si cert. pet. cum sua materia. Nota adhuc unũ in hac parte, quod licet in uni-
39 uersitate causarum delegata contineantur uariæ causæ, uariarum qualitatum, tamen unica est delegatio & commissio, ut dicimus in hæreditate quæ uaria continet, & tamen unicum tantum est corpus. ita Anto. de Butrio in c. licet. extrà eod. ubi etiam Bald. uers. quæro si quis. & Ias. in d. l. more. col. 9. Ex quo infero, si delegatus cœperit exercere iurisdictionem in una causa, perpetuari quo ad omnes, nec extingui mandatum

morte concedentis, de quo dic ut per Bart. in d. l. more. col. fi. & alios ibi. Generaliter fit delegatio, quando absq; commemoratione territorij delegantur aliquot causæ inter aliquas personas, quæ dicitur ad generalitatem seu pluralitatem causarũ, ut per omnes in locis suprà allegatis, dum tractaui quis dicatur delegatus ad uniuersitatem causarum, maximè Paul. in tr. eo. l. 2. Bald. & Salic. in l. à iudice. C. de iud. & Peruſ. in d. c. cum causam. Puta si cõmittantur omnes causæ uertentes inter Titium & Sempronium, ut per omnes ibi, quamuis in hoc malè senserit Barr. in l. legatus. suprà de offic. proconſ. & leg. qui est communiter reprobatus, ut per Alex. in d. l. solet. infrà tit. 2. & dixi suprà in tractatu delegati ad uniuersitatem. Quinimo licet esset facta mentio territorij, aliquãdo dicit̃ delegatio generalis: ut si committerentur decem causæ uertentes in tali castro. & ratio est, quia non est facta sub nomine collectiuo, quod possit capere augmentum, uel diminutionem, sed potius sub diuersis et singulis speciebus, ut per Bald. in d. l. solet. 2. q. Et est maxima differentia inter delegatum ad uniuersitatem causarum, & generalitatem: quoniam in primo licet sint uariæ causæ, & diuersæ qualitatis, est tantum una commissio, ut suprà dixi. At in secundo censentur tot commissiones quot causæ, & censent̃ dari ad plures enumeratas species. arg. notatorum. in l. scire debemus. ff. de uerb. oblig. ut per Guliel. de Cuneo, & Salic. in d. l. à iudice. & ideo idẽ iudicat̃ de eo quod de delegato particulari. Ex suprà dictis infero, cõseruatores qui dantur ad causas pupillorum, seu uiduarũ, seu alicuius monasterij, uel scholasticorum, esse delegatos ad generalitatem causarum. Peruſ. in d. c. cum causam. & Curt. iunior in d. l. more. col. 12. Similiter inquisitores hæreticæ prauitatis. Lappus, Io. And. Gemini. in c. ne aliqui. col. ij. de hęret. in vi. Seuer. in d. l. more. q. 19. Peruſ. in d. c. cum causam. col. antepen. quamuis de hoc dubitauerit Deci. in c. causam matrimonij. col. pen. extrà de offic. deleg. Verum aduersus prædictam doctrinam & exempla facit quod suprà dictum est de doctore, qui est iudex ordinarius inter scholares, ut §. penul. in prooemio Digestorũ, et ibi gl. in uerbo professores Bart. in l. ambitiosa. in fine. ff. de decret. ab ord. fac. Et tamẽ sibi sunt commissæ causæ tantum inter scholasticos sine respectu territorij, qua ratione deberet dici delegatus ad generalitatẽ causarum. Dic quod Doctoribus est tributa iurisdictio à lege. d. §. penul. in prooemio Digestorũ. & lex in dubio & regulariter dat iurisdictionem ordinariam. glo. in d. l. more. & in c. P. & G. extrà de offic. deleg. Bart. in d. l. more. ubi omnes. col. 2. quod procedit, etiam si detur à lege respectu certæ qualitatis causarum et personarum, c. cæterum, extrà de iud, ubi Panor. 40 41 42

notat, & quod plus est, etiam si in una causa committatur iurisdictio.glo.in l.1. C. ne liceat petent. Paul. de Castr. in l. à iudice. C. de iud. & ibi Ias.in fi. Deci.in d.c.cæterum.in prin. Vnde patet solutio ad contrarium, quia supradicta doctrina & exempla procedunt in iursdictione data ab homine. Notabis unum in hac materia, quod aliquando lex abutitur hoc termino generali, loquendo de iurisdictione uniuersali, ut in l.cognitio.infr.eod. Particulariter fit delegatio, quando cōmittitur una causa, puta mutui, uel plures, non tamē sub generalitate, sed particulariter, seu singulariter, ut causa depositi, cōmodati, pignoris, &c. ita Doct. ubi suprà, maximè Bald. & Salic.in d.l. à iudice. & Perus. in d. c.cum causam.col. penul.& appellatur simpliciter iurisdictio delegata, de qua proprie tractat hæc Rubrica nostra cum suo titulo, & de qua habetur in rub. extrà eo. in antiquis. & in vi. quæ an sit proprie iurisdictio, tradunt Doct. in rub. infr. de iurisd. omnium iud. ubi aliàs latè dixi, & tenui impropriè esse iurisdictionem: ad quod uide etiam unum uerbum per me lib.1. Supput. cap. 14.

43 Hæc particularis seu singularis delegatio fit pluribus modis. Aliquando à lege scripta: & in dubio est ordinaria, ut pro

44 ximè dixi, nisi appareret de mente legis uolentis facere delegatum. quia tunc erit delegata, per c. irrefraga. §.cæterum. de offic.ordin.& c.ad abolendā.de hæreticis.ubi Io.And. Bart. in l.4.§.si intra.in fine, ff.de de damno infect. Alex.post Bal. in d.l.more.col.3.& in l.1.nota.3.infr.eo. & ubique pluribus medijs confirmat. Idem uult Imola in l.1.ff.de dam. infect.ubi Alex.dicit communem opinionem. Et erit hic delegatus à

45 lege, sicut delegatus à principe.c.ab arbitris.de offic. deleg. in vi. & per Io. And.in d. c.ad abolendā. Alex.in dictis locis. ex quo infertur per eundem, quod sicut delegatus à principe potest subdelegare.l.à iudice.C. de iud. ita etiā delegatus à lege. quod procedit in delegato à lege ciuili: secus in delegato à lege prætoria. Bart.in d.l.4.§.si intrà.& ibi Roma. & Imol. dicūt, esse dictum singulare, quod communiter sequuntur Doct. ut per Alex.ubi suprà, & Ias.in d.l.à iudice.col.penul.uers. tertia limita. & Deci.in c.cæterum.in fine primi notab. extrà de iudic. Ex hac limitatione infertur, quod cum leges & constitutiones inferiorū, puta Ducum, Comitum, Marchionum, Baronum, Episcoporum sint ius prætorium: Bart.in l. quinta,

46 col.2.ubi Doct.ff.de uerb.oblig.Ias.in §. sed iste. Instit. de actio.col.vi.non poterunt delegati ab eorum lege subdelegare.ita Ias.in specie in d.l.à iudice.col.pen. Facit quod in simili uult Crotus in l.omnes populi.col.vi.uersic.prima conclusio.ff.de iustit.& iure. Quod si à statuto per tales principes cōdito deferatur hæreditas, debet agnosci bonorū possessio inter

ter descendentes intra annum, inter transuersales intra centū dies. l. 1. §. largius. ff. de success. edic. & fuit prius dictum Bart. in l. 2. in fin. ff. de bono. poss. Verùm non sunt hæc ita facile, nec supinè admittenda, sed intelligenda, ut non procedant in his principibus qui non recognoscunt superiorē, ut per Areti. Alex. & Moder. in d. l. quinta, & in locis statim allegandis. Secundò intellige doctrinam Bart. ut procedat in Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & alijs principibus, habentibus 47 dignitatem ex sui natura, quia ex natura ipsarum sunt temporales, non perpetuæ, & ideo non transeunt ad successores. c. 1. de feudo Marchiæ. ideo possunt æquiparari prætoribus, quorum iurisdictio erat temporalis. §. 1. Instit. de perpetu. & tempo. act. & dixi libro 1. Supput. cap. 9 Sed cum nunc sit usurpatum, ut in his succedatur, & sic sint factæ perpetuæ. c. 1. in fine, de feudi aliena. quinimo nunc Imperator & Papa inuestiant hos principes inferiores in perpetuū, cessat ratio quę antea militabat, & quæ mouit Bart. ideo eorum statuta erunt ciuilia, non prætoria. Et ita reperio tenere Mathesi. notab. 189. incip. nota unum notab. Bal. in l. receptitia. col. 1. C. de cō stit. pecun. Et ratio est in promptu, quia tales inuestiti in perpetuum, idem possunt in suo dominio, quod Imperator in uniuerso. Alex. cons. 2. col. 4. uisis codicillis. uol. 1. Iacob. in sua inuestit. feud. col. 1. in uerbo Dux. Deci. in c. pastoralis. col. 2. extrà de appell. Et dicit Alex. cōs. 1. col. 8. uol. 5. Ducem perpetuò inuestitum esse legem animatam in suo ducatu. Hoc uolui dixisse, quia contigit occasio: & ne illud dictum Bart. quod multoties habetur in ore, te deciperet. Licet autem hic delegatus à lege, æquiparetur delegato principis, est tamē inter eos differētia in uno, quod in delegato principis extingui- 48 tur iurisdictio morte concedentis secundum terminos. c. gratum. & c. relatum. extrà de offic. deleg. quod non est in delegato legis, quia semper durat. ratio est, quia lex nunquam moritur, & semper loquit. l. Arriani. C. de hæret. & Manich. ita Panor. in c. irrefragab. §. cæterum. extrà de offic. ordin. qui allegat in simili bonū text. in c. si gratiose. de rescript. in vi. & infert ad statuta, per quæ delegatur causa alicui, ut per mortem statuentium non expirent. & ideo cōsultius esset principem delegare causam per uiam legis, quàm rescripti. Secundò fit hæc delegatio particularis à principe, c. sane. l. 2. extra de of- 49 fic. deleg. c. studuisti. de offic. leg. l. à iudice. C. de iud. Et de ea quam facit ordinario, dixi supra in tractatu ordinariæ iurisdictionis, quia ibi cōueniebat: hic dicemus de ea quam facit priuato. In qua Alex. in hac rub. facit duas conclusiones, quæ sunt cōmuniter approbatæ hic, et in rub. extrà eo. Prima est, delegatum principis esse digniorem & maiorem ordinario.

k Secunda,

Secunda, delegatum principis habere debiliorẽ & minus fir-
50 mam iuriſdictionem. Quoad primam, aut loquimur in cauſa
delegata, & bene procedit, pro qua eſt caſus in c. paſtoralis. §.
præterea. de offic. ordin. ibi, quantum ad illud ſit maior ordi-
nario. & ratio eſt, quia uices gerit principis, & eius perſonam
repræſentat. d. c ſanè. & quia eſt derogatum iuriſdictioni or-
dinarij per huiuſmodi delegationẽ. d. c. ſtuduiſti. facit quod
uult Bart in rub. ff. de teſtam. tute. illam rubricam eſſe præpo
ſitam, quia facit ceſſare alias tutelas. Sic delegatio facit ceſſare
iuriſdictionẽ ordinarij, qui de illa cauſa ſe amplius intromit-
tere non poteſt. d. c. ſtuduiſti. Aut reſpectu aliarum cauſarũ,
& non eſt dignior ſecundũ omnes, præſertim Barbat. in rub.
extrà eo. Contra hoc ultimum arguit Dec. hic & in d. rub. ex-
trà eo. quod immo abſolutè ſit dignior, quia repreſentat prin-
cipem, quod non eſt in ordinario: & quia quoad cauſam com
miſſam hoc eſt indubitatum, cum ſit exempta è manibus ordi
narij, unde non cadit comparatio. At non recedas à commu-
ni, per d. §. præterea, ubi eſt caſus. nec præſumendum eſt, ſine
cauſa pontificem expreſſiſſe illa uerba, quantũ ad illud ſit ma-
ior. Non obſtat conſideratio Decij, quod ex quo cauſa eſt e-
xempta ab ordinario, res eſt indubitata: quia ex hoc ſequere-
tur d. c. ſanè. & d. §. præterea, non habere rationem dubitan
di, contra l. quod Labeo. ff. de Carb. edic. Et rationẽ dubitãdi
ad illa iura, ponit gl. in d. c. ſtuduiſti. ubi Anto. de Butrio no-
tat. Præterea licet ſit exempta, adhuc remanebat dubitatio, &
cadebat comparatio, quoniam cenſetur tantũ exempta quo
51 ad exercitium, & habitus remanſit apud ordinarium, ut pul-
chrè declarat Barbat. in d. c. ſtuduiſti. retenta communi, quod
dignior ſit quocunq; ordinario in illa cauſa, quam tenet etiam
Alciat. lib. 2. Paradox. c. xij. Inferẽ, delegatum pontificis eſſe
maiorem epiſcopo. Alex. conſ. 79. col. iij. uol. 1. & ideo ab eo
eſſet appellandum ad principem, non ad ordinarium. l. 1. ff.
quis & à quo appell. Riminal. hic col 2. Idem eſt in delegato
epiſcopi, qui eſt dignior officiali ſeu uicario generali: unde ad
epiſcopum, non ad uicarium generalem appellabitur. de quo
tractabo infrà latiſſimè in quadã quæſtione, quam intendo
examinare incipiente, Academia Dolana. Quoad ſecundã
concluſionem diſtingue eodem modo: Aut in cauſa commiſ
52 ſa, & non modò habet digniorem, ſed potentiorem & firmio
rem: ideo compellit & cohercet ordinarium. d. c. ſanè. & c. ſi-
gnificaſti. eo tit. Aut in alijs cauſis. & tunc habet debiliorem,
quod uidetur indubitatum, cum in alijs ſe intromittere non
poſſit, & ſit earum reſpectu perſona priuata: & ſic non cadit
comparatio. Intellige igitur hoc ultimũ ſano modo, quod de-
legatus à principe habet debiliorem iuriſdictionem in cauſa

ſibi

sibi cõmissa, quàm habeat ordinarius in suis causis. et ita procedunt omnia quæ hic tradit Alex. Aduersus quod facit, quia delegatus principis potest delegare etiam ea quæ sunt meri imperij & mixti. l. unica. in fi. C. qui pro sua iurisd. l. à iudice. ubi Ias. col. pen. C. de iud. uersic. quarto. limit. & dicit communem idem Ias. infrà eo. l. 1. & tamen hoc non est permissum ordinarijs, d. l. 1. infr. eo. ubi uidebimus. Vnde sequitur, ordinarium non habere firmiorem iurisdictionem. Curt. hic col. 2. mouet difficultatem, & relinquit insolutam. Dic nõ esse tutum, delegatum principis posse delegare causas meri & mixti imperij: & partem negatiuam, Vt non possit, dicit communẽ, Deci. in c. si pro debilitate. col. 3. uersic. tertio, pro illa. de offic. deleg. Ex communi opinione quod ordinarius habeat firmiorẽ, infert ad plura D. Alex. hic, & alia addunt Moderni. inter cætera uult, delegatum principis si nulliter tulit sententiam, non posse iterum de causa cognoscere & iudicare. l. si ut proponis. la prima. C. quomodo & quando iud. Secus est in ordinario, qui hoc potest. l. si præses. illo tit. Et est cõmunis opinio Doctorum in l. iudex posteaquàm. ff. de re iudi. Sed ego tenui contra cõmunem, lib. 3. Supput. cap. 18. ubi ostendi d. l. si ut proponis. nõ loqui in delegato principis. De hoc autem delegato iudicatur idem regulariter, quod de alio simplici delegato: siquidem nullam habet iurisdictionẽ. Bart. in l. 1. q. penul. ff. de iud. & eius iurisdictio expirat morte concedentis. c. relatum. de offic. deleg. Et licet aliquando glossæ, & Doct. dicant eum æquipararari ordinario, hoc est uerũ in casibus expressis, aliàs non. Ita dicit gl. 1. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. Aequiparatur autem ordinario in aliquibus quæ non cõpetũt alijs delegatis. nam potest subdelegare. l. à iudice. C. de iudic. c. si pro debilita. extra eo. quod quomodo procedat, dicam infrà, ubi tractabo de subdelegato à delegato. Secundò potest exequi sententiam suam l. fi. C. de iud. Bart. & communiter dd. in d. l. à diuo Pio. & in d. l. fin. Et licet hoc esset aliàs dubitabile de iure ciuili, tamen nunc est clarum: ex quo deciditur expresse per c. significasti. de offic. deleg. Vnde succedit quod uolunt Doct. in c. licet ex suscepto. extra de foro compet. & in c. 1. de noui oper. nunc. quoties quid est dubium de iure ciuili, et clarum de iure canonico, debere attendi ius canonicum. Si autem non uult exequi, potest propter faciliorẽ expeditionẽ mandare ordinario ut exequatur. d. c. significasti. ubi Dec. 3 notab. Est tamẽ eius potestas exequendi limitata intra annũ. c. quærenti. eod. tit. Bart. in d. l. à diuo. col. 1. ubi alij. Tertiò potest citare per edicta, gl. & Doct. in d. l. fin. Ias. in l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. col. pen. Quartò potest citare realiter, faciendo capi personam inuitam uel ante, uel post litem

53 (margin, beside "iudicare")

54 (margin, beside "competũt alijs delegatis")

contestatam. Bart. in d l. 2. et licet Salic. & Fulgo. ibi senserint
contrariũ, opinio tamen Bart. est communis, ut ibi per Alex.
& Ias. col. penul. quæ potest comprobari ex suprà dictis. nam
delegatus principis potest exequi suam sententiam. d. c. signi
ficasti. sed in executione sententiæ si non adsint bona, perso-
na capi potest. Bart. in l. 3. §. tutores. post glo. ff. de suspect. tu-
to. ergo, &c. Quintò potest mittere in possessionem, secundũ
communem opinionem in l. iubere. infrà tit. 2. Si tamen re-
periret resistentem, non posset eum armata manu expellere,
sed debet recurrere ad ordinariũ. Specul. in tit. de offic. deleg.
§. sequitur. uers. potest. Felin. in c. de cætero. col. v. de re iudi-
ca. & ideo bonũ est ut in rescripto delegatorio facias addere,
quod possis procedere manu armata. Et hæc sint satis. Pote-
ris addere tu alios casus, si quos reperies inter studendũ. Ego
hos cumulaui tanquã magis practicabiles. Nota adhuc unũ
in hac materia: quod si princeps rescribat, uel iubeat ordina-
55 riũ, ut causam deleget, talis cui fit commissio, non erit delega-
tus à principe, sed ab illo ordinario. l. fin. ff. quis & à quo ap-
pell. l. 1. §. penul. ff. de appell. Alex. in d. l. 2. infr. tit. 2. col. 2. in
fi. Tertiò fit particularis delegatio ab ordinario. l. 1. C. qui
56 pro sua iurisd. l. more. infr. tit. 2. & hoc quomodocunque quis
habeat ordinariam, siue de iure communi, siue de iure specia-
li, ut in doctore cui de iure speciali competit iurisdictio inter
scholares. §. penul. ubi gl. in procemio ff. Nam potest delega-
re. gl. in auth. habita. C. ne filius pro patre. ubi Bald. col. fin.
& siue quis habeat ordinariam principaliter, siue accessoriè,
ut in officiali generali episcopi, qui potest delegare. gl. in uer-
bo in ipsius. in c. 1. de offic. uica. in vi. Ratio autem quare de-
legare possit, colligitur ex d l. more. quia iurisdictionẽ suo iu-
re habet, id est secundum Bart. ibi, & alios in personam suam
radicatam & fundatam. Ex qua ratione sequitur, idem esse si-
ue loquamur de ordinario maiore magistratu, siue de mino-
re, cum omnes habeant iurisdictionem propriam. Et hæc est
communis opinio, ut per omnes. infrà eod. l. 1. ubi Deci. 1. no-
tab. Verum quia plura obstant, articulus est multum disputa
bilis, ideo ibi reseruo dicendum. Hic quæri posset, quis sit di-
57 gnior: an ordinarius, an suus delegatus? & uidetur quod or-
dinarius: quia causatum non potest esse dignius sua causa: &
quia cum digniora præmitti debeant, l. 1. ff. de alb. scribend. et
in titulis præcedentibus sit tractatum de ordinarijs, sequitur
ordinariũ esse digniorem. Et ita in specie notat Rimina. su-
per gl. huius rub. In contrarium posset argui, quod saltem or-
dinarius non sit dignior, sed æquales sint in dignitate. Nam
aut loquimur respectu aliarum causarum, & certum est ordi-
narium digniorem, cum delegatus quo ad illas causas sit per-

sona

sona priuata.l.fin.infr.eo. Aut respectu causæ cōmissæ, prout nos loquimur, & tunc cum una & eadē sit iurisdictio, quæ non differt specie, ut per Bart.in l.imperium. in fine, infrà tit. 2.& in l.ait prætor.ff.de re iud.non uideo quare unus dici debeat dignior altero. Non tamen recedas à præcedenti opinione, quia ordinaria iurisdictio est naturalis, delegata accidentalis: & naturalia præualent accidentalibus.l.3. ff.de tutel. Item 58
illa ordinaria, hæc extraordinaria, ut notāt Doct.in l.1. §.qui mandatam.infr. eod. Item ordinaria est potentior. ideo cum uerba debeant accipi in potentiore significatu. l.1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uectig.uel emphiteo. in dubio appellatione iurisdictionis, intelligitur de ordinaria, per antonomasiam, id est per excellentiam. Ias.& alij infrà in rub.tit.2. Et cum ordinarius habeat iure proprio, delegatus iure alieno. d. §.qui mandatā.& l.etsi prætor.infr.eod.dignius est quod habetur iure proprio. Bart.in l. quod principi.ff. de legib. Ias. in proposito nostro, post Bald.in d.l.more.2.notab. Nec obstat quod non differant specie. nam hoc est uerum, quia una tantum in effectu est, & in summa apud utrunq;: sed proprietas est apud ordinariū, exercitium tantum apud delegatum. d.§.qui mandatā. Vnde uidemus, quod re integra potest eū quandoq; reuocare. l.iudiciū soluitur. ff. de iud. Quartò fit hæc delegatio à delegato ad uniuersitatem causarum. l.1. §.1. 59
ff.quis & à quo appell.qui ita communiter intelligitur, et hæc est communis opinio Doct.in d.l.more.sæpe alleg. & in d.l. à iudice.C.de iudic.ubi Ias.col.2. Perus.in d. c. cum causam. de appell. Ratio est, quia æquiparatur ordinario. glo. in d.c. cum causam.& in l.fin.C.de iud.Posset tamen istud reddi dubitabile, quoniam ut suprà dixi in tractatu delegationis uniuersalis, hic est propriè delegatus licet ad uniuersitatem.gl. in Clem.& si principa.de rescript. in uerbo foraneo. propterea non habet iurisdictionem.l.1.§.qui mandatam.infrà eod.bonus rext.in l.fin. C.ubi & apud quem. ideo non debet posse delegare. requiritur enim iurisdictio, ut quis delegare possit. l.imperium.in fine, infr.tit.2. Præterea etsi quam habeat, non habet propriam, nec suo iure, sed alienam: unde cessat ratio. d.l.more.ubi dicitur, eum demū mandare posse, qui iurisdictionem suo iure habet. Et propter has & similes rationes contra communem tenuit Dec. in l.solet.infr.tit.2. & in d. c.cum causam.col.fi.quæ in puncto iuris esset satis disputabilis. At non recedendo à communi intellectu, d.l.1.§.1.potes tueri cōmunem à suprà dictis rationibus, et dicere, quod attentis rationibus & regulis communibus, hic non deberet posse delegare, cum sit uerè delegatus, & non habeat iurisdictionem iure 60
proprio, prout requiritur d.l.more.& d.l.imperiū. Sed quo-

niam fit hæc delegatio respectu territorij, et ad uniuersitatem, in hoc participat de ordinario, cui territoriũ et quod uniuersa le committitur, ut per Bald. in d. l. solet. & in d. l. à iudice. Propterea ex hac causa lex processit ulterius disponendo, ut possit subdelegare, sicut ordinarius, recedendo à regulis iuris cõmunis, ut apparet etiam in delegato principis, de quo statim dicam. Nec hoc est nouum, ut ex causa lex recedat à communibus regulis. nam & aliàs solet hoc facere, ut uidere est in filio adoptiuo, dato in adoptionem extraneæ personæ, qui nouo iure non transit in potestatem patris adoptiui. Instit. de adopt. §. 2. l. cum in adoptiuis. C. eo. tit. & nihilominus dicitur suus. d. l. cum in adopt. §. sed ne articul. uers. & ideo. tamen ad hoc ut quis dicatur suus, secundum ius commune requiritur patria potestas. §. sui. Instit. de hære. qual. & differentia. & sublata patria potestate, suus efficitur extraneus. §. extranei. eo. tit.
61 Simile est in milite, qui potest substituere directo post aditam hæreditatem. l. miles ita. ff. de testam. militis. l. centurio. ff. de uulg. substitu. & tamen hoc non posset esse attentis regulis iuris, cũ semel hæres nõ possit desinere esse hæres. l. et fine. §. sed quod Papini. ff. de minori. l. ei qui. ff. de lib. et posth. Adeò enim radicata sunt iura directa in personam hæredis qui primò adiuit hæreditatem, ut non possint auelli. glo. in l. quis ergo. ff. de pecul. & in l. 3. ff. pro socio. Et cõcessum est hoc militibus ex causa speciali, fauore militiæ. Sic etiam est in materia obligationum, in qua requiritur utraq; obligatio, naturalis & ciuilis, ut nascatur actio. notat̃ in §. 1. Instit. de oblig. Et tamẽ lex aliquando facit, ut ex una tantum oriatur, prout declarat Bart. in l. 1. col. v. ff. de condict. indebiti. Vel alio modo potes tollere rationes Decij ex notatis per Bart. in l. legatus. suprà de offic. procõs. et leg. col. 1. qui mouet eandem difficultatẽ in casu nostro, & in legato proconsulis. Declara nunc prædictã cõclusionem, ut possit subdelegare unam causam, uel plures,
62 ut per glo. in d. c. cum causam. Secus si uellet totam uniuersitatem. Et ratio est, quoniã in hac potestate subdelegandi æquiparatur ordinario, ut proximè demonstraui. Non debet itaq; plus posse quàm ipse: sed ordinarius non posset totum delegare abs se abdicando. l. legatus. ff. de offic. præsid. & hanc declarationem omnes amplectuntur. Hostien. in Summa de offic. deleg. Dd. in d. l. more. & in d. l. à iudice. ubi Iasc. col. 2. Perus. in d. c. cum causam. prope finem. ubi Dec. col. fin. Quin-
63 tò delegat particulariter delegatus à principe, d. l. à iudice. in fine. Contra hæc possunt obijci eadem quæ suprà dicta sunt in delegatum ad uniuersitatem: sed responde ut ibi, hoc esse de iure speciali contra regulas iuris cõmunis. Et duplicẽ ratio-
64 nẽ specialitatis assignat Ias. in d. l. à iudice. col. 4. Prima, quia
est

est maior ordinario.d.c.pastoral.§.præterea. l.minor autem. §.penul.ff.de minor. Sed hæc nihil ualet, quia etsi dignior & maior sit, ordinarius tamen habet firmiorem iurisdictionem, ut ex pluribus ostendit hic Alex.ideo est diuersa ratio. & illa maioritas consideratur alio respectu quàm ad potentiam delegandi, ut in d.§.præterea.& d.c.sanè. Vnde tene secundam, scilicet quod ex quo delegatus habet iurisdictionem à principe, qui solet tribuere ordinariã.glo.in d.l.more.uidetur quasi ordinarius, ideo potest delegare. Item cum gerat uices principis. d.c.sanè. debet aliquid plus posse quàm alij. Potest autẽ totam causam sibi commissam delegare, si uult. An uero posset partem, est differentia inter ius ciuile, & canonicum. De iure ciuili nõ potest delegare processum retenta sententia, auten. ad hæc, secundum communem intellectum. C. de iud. ubi Alex.& Ias. De iure canonico potest principium, medium, et finem, cõiunctim & diuisim subdelegare.c.super quæstionũ. de offic.delega. In reliquis circa hanc materiam dic, ut per omnes, præsertim Deci.in c.si pro debilitate.extrà de offic.deleg. Perusi.in d.c. cum causam. Seuer. in d. l. more. vs. q. Ias.in d.l.à iudice.col.4.usq; in finem, qui plurib. modis ampliat & limitat: circa cuius dicta aduerte ad duo. Primò, ad quartam ampliationem, in qua uult delegatum principis posse subdelegare, non modò quando est in solidum delegatus, sed quando habet collegam, etiam quod alius uellet ipsemet cognoscere.c.quamuis.de offic.deleg.ubi Panor.notat.nam hoc non procedit quando duobus esset facta delegatio cum clausula, appellatione remota: quia tunc collega non tenetur admittere subdelegatum. & ratio est, quia alius delegatus nõ potest subdelegare cum tali clausula.d.c.super quæstionum. 66
§.si uero duo. & sequeretur hoc inconueniens, quod si is qui non delegauit, procederet cum subdelegato, posset ab eo appellari, quod aliàs non licuisset.c.coram.eo.tit.de offic. deleg. ubi Hostien.& Doct.notãt. Et in d.§.si uero.refert & sequitur Perus.in c. pastoral. col. iiij. uers. xij. operatur.de appell. Secundò, aduerte ad tertiam limitationẽ, dum uult delegatũ à Ducibus, Marchionibus, Comitibus non posse subdelegare, quia eorum ius censetur ius prætoriũ. nam hæc limitatio non procedit, ex quo inuestiuntur in perpetuũ, ut latius declaraui suprà in tractatu delegationis singularis, quæ fit à lege. Sextò fit hæc delegatio à legato proconsulis. l.cum prætor.§.1.ff.de iud.& hoc de iure speciali, contra l.à iudice.C.de 67
iud. Obstat tamẽ l.legatus.ff.de offic.procõs.& leg. secundũ literam negatiuam, ubi habetur nõ posse delegare. Posses dicere, non esse faciendum super illa lege fundamentum, propter diuersitatem lecturarum, iuxta doctrinam Bart. in l. ambiguo,

biguo.ff.de rebus dub. Vel dic procedere, quando procõsul delegasset aliquam causam particularẽ suo legato. nam tunc non posset subdelegare, sicut nec alius quilibet delegatus. Ita intelligit Bart. in d. l. legati. in fine, & alij communiter in d. l. more. Ias. in d. l. à iudice. col. 2. Retenta igitur conclusione prædicta, est inuestiganda ratio specialitatis. Bart. in d. l. à iudice. & Bald. in l. solent. de offic. procons. & leg. Dicunt ideo esse, quia est delegatus de conscientia legis: quod apparet, quia est factus specialis titulus & rubrica de eo quod non de alijs. Sequitur Alex. in dicta l. more. col. ij. & puto eam ueram, aliter tamen declarando, ut infrà subijciam. Aliam dat Salic. & Alex. in d. l. à iudice. quam refert ibi Ias. col. 2. propterea esse, quia est delegatus ad uniuersitatem causarum. l. obseruare. §. fin. cum l. seq. illo tit. de offic. procons. Ideo sicut in alijs delegata uniuersali iurisdictione transit potestas subdelegandi, ita erit in legato proconsulis: & hoc idẽ uoluit Bart. in d. l. legatus. Hæc ratio licet sit in se uera, ut dixi suprà in tractatu delegati à delegato uniuersitatis causarũ: tamen hic non quadrat. quia si hoc est in alijs, non est speciale in legato proconsulis, ut per Ias. in d. l. à iudice. Tertiam rationem assignat Perus. in d. c. cum causam. q. 8. quia proconsul in prouincia sibi cõmissa habet instar principis, & habet supremam iurisdictionem post principem. l. nec quicquã. de offic. procons. Ideo sicut delegatus à principe potest subdelegare, d. l. à iudice, ita et iste. Hæc ratio nõ satisfacit, quia maxima est differentia inter principem & eius officialẽ, maxime quia in principe militat ratio quam suprà posui in delegato principis subdelegante, scilicet quia habet à principe, qui potest dare ordinariam, quod non potest proconsul. Et ideo cum l. à iudice ponat hoc speciale in principis delegato, non est trahendum ad proconsulis delegatum. l. ius singulare. ff. de legibus. maxime militante ratione diuersitatis. arg. l. à Titio. ff. de furt. Ego credo dictum uerum, ut legatus proconsulis possit subdelegare mandata sibi iurisdictione. d. l.
68 cum prætor. §. 1. ubi casus. non tamen quod hoc sit speciale in eo respectu aliorum delegatorum. & sic errant Doctores, qui cõstituunt regulam in delegato simplici, qui non delegat. & eam limitant in legato proconsulis. Primò, quia etsi esset delegatus, est ad uniuersitatẽ causarũ in tota prouincia, unde exceptio non conuenit regulæ contra l. nam quod liquidc. §. fin. ff. de penu lega. Secundò, quia nõ est delegatus, prout hic
69 accipimus delegatum: nam multum ab eo differt, ita ut nihil commune quasi habeant. Nam hic legatus mandata sibi iurisdictione à procõsule, habet iurisdictionẽ contentiosam in tota prouincia. l. 1. §. damus. ff. de suspect. tuto. ibi, totũ offi-
cium,

cium.& l.obseruare.§.fin.cum l.seq.suprà de offic. proconsf. ubi textus simpliciter loquitur.& l. 1.C.eo.tit.Item ante man datum proconsulis habet iurisdictionem uoluntariam: post tamen ingressum prouinciæ l.apud proconsulem. ff. de manumiss. uindic.ubi Alberi.& glo. in l.2. d.titu. de offic. proconsf.ubi Bart.& Odofre.nec obstat l.legati.eo tit. quæ uidetur uelle, ut nihil habeat ante mandatam iurisdictionẽ, quia debet intelligi de contentiosa iurisdictione.item proconsul mandata iurisdictione, non potest eam adimere legato inconsulto principe. d.l.solent.Nec obstat ibi gl.cum textus sit clarus. & intelligẽdo ut per eam, esset exponere album pro nigro.ideo dicit Odofre. in d.l.solent. quod l.iudicium soluitur.ff.de iudic.qua cauetur, in alijs delegatis mandatum posse reuocari.Fallit in legato procõsulis,& sequitur Alex.in d. l.à iudice. 2.notab. Item habet aliquid proprij mandata iurisdictione, gl.in uerb.alieno.in fine,in l.more.infr.tit.2.pro qua est l. cognitio.§.cum propriam.infr.eo.& d.l. legati. quicquid dicãt Doct. in d.l.cognitio.qui destruũt illa iura. Habet itaq; qualitates magis conuenientes ordinario quàm delegato, & ideo cum ratione fuit positus inter titulos ordinariorum. quinimo ausim dicere eum ordinarium:quod sensit gl.rub.nostræ, dũ cõtinuat,suprà uisum est de ordinarijs,&c.non tamen simpliciter,sed ut dicimus de uicario episcopi generali, qui manda- 71
ta sibi iurisdictione ab episcopo, habet ordinariam à lege. d. c.Romana.de appell.in vi.& Alex.hic col.penul. & in specie hanc æquiparationem de episcopi uicario facit Alber. in d.l. solent.immo hic habet firmiorem iurisdictionem, cum non possit reuocari inconsulto principe. Et hoc credo uoluisse Bart.& alios,dum dicunt eum habere iurisdictionem ex conscientia legis.& quod habeat à lege,uult quoq; Odofre. in d. l.cum prætor.ff.de iud.qui ita intelligit illam legem. Non est igitur mirum,si potest subdelegare. Amplia,ut non modo unam,sed plures causas possit subdelegare. Alex.in d. l. more. col.2.non tamen posset omnem iurisdictionem,ut dictum est 72
suprà de delegato uniuersitatis causarum. Ex his quæ dicta sunt de legato proconsulis, solent inferre Doct. ad legatos à latere, an eorũ delegati possint subdelegare:& distinguũt inter legatum à latere qui sit Cardinalis,aut non. dicut per eos in d.l.à iudice. & in d.l.more.ubi Seuer.q.x.& Perus. in d.c. cum causam.8.q. Vltimò delegat singulariter quilibet delegatus alterius ordinarij,intelligẽdo ut deleget unum tantum articulum causæ,nõ totum.& ratio est,quia sicut delegato ad uniuersitatem conceditur unam causam delegare,ita huic u- 73
num articulum,ut per Bart. in d.l.more.col.penul.qui tamẽ communiter reprobatur,ibi,& in d.l.à iudice. & in d.c. cum

causam.& Felin.in c.super quæstionũ.§.si uerò. de offic. deleg. qui constituunt regulam negatiuam in contrarium delegatum,nec in totum,nec in parte posse subdelegare,nisi esset aliquis articulus non iurisdictionalis,puta quando post delatum iuramentum testibus,& admissa capitula & interrogatoria cõmitteretur examinatio testium,quæ est nudi facti,ut per gl.in Clem.1.de offic.dele.quod prosequere, ut plenè per Perus.in d.c.cum causam.q.4.& 5. Ideo melius exẽplifica,quã-
74 do ordinarius in delegatione daret facultatem subdelegandi delegato,quod facere potest,ut per Bart.in d.l. more. col. fin. & Doct.communiter in locis suprà allegatis.Et ratio est,quia tunc non delegatus dicitur subdelegare,sed ipse ordinarius, qui hoc sibi commisit,arg.l.unum ex familia.§. si de falcidia. ff.de leg.2.Aduerte tamen circa uerba delegationis,ne concipiantur eo modo quod uideatur ordinarius dare potestatem subdelegandi nomine ipsius delegati:quoniam hoc non admitteretur,cum impossibile sit homini fundare potentiã delegandi in particulari delegato,qui non habet iurisdictionem propriam,sed usum tantum.l.1.§.fin.infr.eo.l. more. ita Perus.in d.c.cum causam.col.2.prima q.Seuer.in d.l. more. q. v.& Felin. in d.c. super quæstionum. §.si uero.4.fal. Limita nunc prædictum exemplum,ut procedat in ordinario, qui de iure cõmuni potest delegare.Secus in his qui delegant de iu-
75 re speciali:nam hi delegando non possent dare potestatẽ delegato subdelegãdi,in tantum, ut nec delegato principis sit cõcessum.gl.in d.c.super quæstionũ.§. porrò.in uerbo Transfert.Alex.hic col.3.Ias.in.d.l.à iudice. col.3.Et ratio est, quod cum de iure speciali id sibi cõcedatur , non debet egredi eorũ personam.c.priuileg.de reg.iuris in vi.& etiam gratia infinitatis euitandæ,ut per Panor.in d.§.porrò.Perus.in d. c. cum causam.q.3. Ex his quæ hactenus tractauimus,cognoscere licet quando quis sit ordinarius an delegatus:ex quo resultat
76 maxima utilitas,propter differentias quæ sunt inter eos, quarum aliquas cumulat Ias.in d.l. etsi prætor.infr. eod. & in d.l. ius autem ciuile.suprà,de iust.et iure.& per eundem et Doct.
77 in d.l.more.Prima & principalis est, quod ordinarius habet iurisdictionẽ propriam, id est fundatã & radicatã in personã suam.d.l.more.ubi Bart. & omnes.col.1. delegatus uerò habet usum tantum iurisdictionis.l.1.§.qui mandatã.& d.l. etsi prætor.infr.eo.& d.l.more.Ex hac corrolarie sequũtur aliæ, quod ordinarius delegat,secus delegatus.d.l. more. l. à iudice.C.de iud. Et si aliter aliquãdo reperiatur in delegatis, illud est de iure speciali,ut sigillatim suprà declaraui suis locis,reddendo rationem specialitatis. Item iurisdictio ordinarij non extinguitur morte concedentis, sed bene delegati, d. l. more.
ub

ubi Paul. & cæteri notant, etiam si esset delegatus à principe. c. relatum. extrà de offic. deleg. etiam si esset delegatus ad uniuersitatem causarum. c. fin. §. officium. de offic. deleg. in vi. c. ne aliqui. de hæret. eod. lib. Arguendo à speciali Bart. in d. l. more. col. penul. quem communiter alij sequunt, etiam si esset ordinarius cui causa delegaretur, non pertinens ad suam iurisdictionem, secundum tex. in d. l. etsi prætor. ita Felin. in c. licet. extrà de offic. ordin. col. 3. Item delegatus qui semel tulit sententiam nullam, non potest iterum iudicare, quia cum non habeat iurisdictionem propriam, statim quod iudicauit functus est officio suo. Secus est in ordinario. l. si ut proponis. C. quomodo & quando iudex. Bart. & cæteri in l. iudex posteaquàm. ff. de re iud. Secunda principalis differentia, quod à delegato appellatur ad delegantem ordinariũ. Secus 78
in ordinario, à quo immediate appellatur ad superiorem. l. 1. ff. quis & à quo appell. ubi Bart. prope finem. l. unica. C. quis pro sua iurisd. ubi Salic. quod procedit etiam in ordinario, quando cognoscit ut delegatus, puta quia sit sibi commissa causa quæ non spectabat ad eius iurisdictionem: uel quæ spectabat, tamen fuit alterata sua iurisdictio. Doct. in d. l. etsi prætor. præsertim Dec. 2. notab. nam ad delegantem erit appellandum, etiam si hic ordinarius cui fit delegatio, esset persona ecclesiastica, ut episcopus, & delegãs secularis, quia tunc iurisdictio episcopi non est episcopalis, sed secularis. Bald. in autent. si quis litigantium. C. de episco. audie. Felin. in rub. de appell. col. 4. etiam si hic ordinarius esset priuilegiatus, ut ab eius sententia non posset appellari. Angel. in l. præcipimus. in fine. C. de appell. nam agit nomine alieno, non suo. d. l. & si prætor. Tertia est, quod delegatus potest recusari, etiã 79
si esset ad uniuersitatem causarum, non tamen ordinarius. l. fi. cum auten. ibi posita. C. de iudic. & ibi Ias. col penul. Quarta, delegatus non exequitur sententiam suam. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. cum ibi notatis. quod est limitandum in delegato principis. c. significasti. extrà de offic deleg. Quinta, ordinarius non capit sportulas, nec salarium pro sua sententia, quia habet illud de publico. §. illud. in auten. de mand. prin. Bart. 80
in l. 1. ff. de falsis. Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. 1. ff. de offic. procõs. et lega. Capit tamen delegatus cui sunt taxatæ in §. ne autẽ. in auten. de iud. gl. & Bart. in auten. offeratur. C. de litis contesta. Angel. et Ias. in §. tripli. Instit. de actio. quod procedit sine scrupulo in simplici & uero delegato. Maior autem esset dubitatio in ordinario, quando efficitur delegatus in causa ad eum spectante, & in qua poterat cognoscere tanquã ordinarius. de quo uide Alex. in q. sua, incip. Rex Arrago. quæ inserta est in eius lecturis in hoc tit. nostro. & Al

beri. de Rosate in l. diem functo. infrà de offic. assesso. col. fi. Canonistæ in c. cum ab omni. extrà de uita & honesta. cleri.
Sexta, quod delegatus utitur in procedendo consuetudine
81 fori delegantis, non sua, quando est diuersa consuetudo. Angel. in d. l. etsi prætor. inf. eo. Ratio, quia fungitur uice delegãtis, non sua. Sed istud reprobat Ioan. And. Anto. de Butrio. Imola & Barbat. in rub. extrà, de consuetud. et Rochus Curt. in c. fin. eo. tit. col. 135. Alex. in l. solet. in prin. infr. tit. 2. quoniã in procedendo seruatur consuetudo & statutum loci in quo proceditur. c. quod clericus. extrà de foro compet. Deinde foret etiam considerandum, an esset consuetudo ordinatiua litis, an decisiua, iuxta doctrinam Bart. in l. cunctos populos. in prima q. principa. C. de summa trinitate, & fid. catho. Sep
82 tima, quia plures delegati dati ad aliquod negocium, non censentur habere iurisdictionẽ in solidum, nec potest unus sine alio cognoscere. c. causam matrimonij. extrà de offic. deleg. secus in ordinarijs. l. 1. ff. de offic. procons. & lega. l. si uni. ubi Bart. & cæteri. ff. de re iudica. Octaua, quod licet corã delegato possit fieri prorogatio rei, loci, & temporis, non tamẽ de persona ad personam, quamuis coram ordinario indistincte quantũ ad hoc fiat. Bart. in l. 1. ff. de iud. c. P. & G. ubi Panor. & alij, extrà de offic. deleg. Et cõmunem testãtur Moderni in d. l. 1. Alias differentias colligere potes ex notatis per Alex. hic, & Modernos.
Viso hoc breui tractatu delegatorum, consentaneum est uidere quomodo definiatur delegatus. in quo plures datæ sunt definitiones, & diuersæ. aliter enim dixit Hostien. aliter Gofred. aliter Specul. ut refert Io. And. et Panor. in rub. extrà eo. & contra unanquanque de facili posset opponi, ut dicit Ioan. And. ibi, præsertim cum soleat dici omnes definitiones esse periculosas. l. omnis definitio. ff. de reg. iuris. Propterea statui tantum insistere circa definitionẽ traditam per Alex. hic,
83 quam ex omnium dictis cõposuit. Inquit ipse: Delegatus est ille, cui à principe, uel ab ordinario, uel à delegato principis, seu ab alio qui demandare potest, causa committitur uicegerens delegantis, proprium nihil habens. Non insistam declarando quomodo à principe, uel ab alijs hic expressis causa cõmittatur, quoniam sigillatim suprà dictum est: sed dum subdit, seu ab alio qui demandare potest, intellige de delegato ad uniuersitatem, delegato proconsulis, de simplici delegato cui est commissa causa ab ordinario cum potestate subdelegãdi. Constat enim ex præcedentibus, hos omnes delegare posse. Et dum dicit, propriũ nihil habens est, quia delegatus habet tantum usum iurisdictionis. l. 1. §. qui mandatam. infrà eod. Aduersus hanc definitionem, sequẽdo ordinem uerborum, plura

plura obstãt secundum Doct. Primò, quia in definitionibus requiritur genus. Bart. in l. 1. ff. de testamen. quod nõ est hic. 14
ideo addũt uerbũ iudex, ut dicamus, Delegatus est iudex, etc. Verum hoc non fuit necessariũ, quia sufficit secundum logicos genus remotũ, licet nõ proximũ, ut in simili habetur in l. debitor. ff. de uerb. sig. ibi, debitor est is à quo. unde illa uox, est ille, stat pro genere. Secũdò potest obijci cõtra illud, causa committitur, quia definitiones debent esse generales, & cõpetere omnibus quibus competit definitum. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. Sed hic definitum competit aliquibus quibus non competit definitio. Demonstro, siquidem ij quibus committitur principiũ & finis causæ, dicuntur delegati, c. super quæstionum. §. intentionis. & §. uerum. de offic. deleg. & tamen sibi causa non committitur, quia appellatione causę articulus non uenit. gl. in c. statutum. in uerbo causę. de rescript. in vi. Dominus Alex. sentiens difficultatem addit, causa committitur, uel principiũ, uel finis causæ. Sed hæc subauditio nõ fuit necessaria secundum Dec. in rub. extrà eo. col. fin. cum largè satis possit dici causa, articulus causæ: sicuti pars fundi dicitur fundus. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. Confirmo 15
hoc per textum in d. c. super quæstionum. §. uerum ibi, uerũ cum totam causam, &c. Nam si appellatione causæ uenit tantum tota causa, superflueret illud uerbũ, totam. Dicendũ est igitur, esse additum: quia si simpliciter dixisset causam, cõpræhendisset articulum causę, id est finem et principium diuisim. Non tamen placet simile Decij de fundo, quia non est uerũ, quod pars fundi appelletur fundus, cum illa pars non cõsideretur ut pars, sed ut integer fundus. nam destinatione patrisfamilias fundi constituuntur, ut dicit Iurisconsultus in d. §. si post. in fine. Non obstat modo glo. in d. c. statutum, quia procedit in articulo qui committitur sine iurisdictione, & illud nõ uenit appellatione causæ. nam communiter Doct. ibi tenent, 16
ut illud c. non habeat locum in nudo ministerio quod cõmittitur, neq; in auditore cui aliquis articulus committitur sine iurisdictione, ut ibi per Gemini. & Francum. nam talis appellatur auditor, nõ iudex. Tertiò repræhendit Alex. definitionem, quia uerbum uicegerens non cõuenit delegato, immo est inter eos differentia. nam delegatus constituitur à iudice, uicegerẽs à superiore: & ille est ordinarius. l. 2. ubi Bart. C. de offic. eius qui uic. alte. gerit, & idem Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretũ. suprà de offic. procõs. & lega. gl. in l. omnia. ff. de reg. iur. & saluando reprobat doctri. Bart. in dictis locis, & tandem se resoluit. Aut accipimus uicegerentem strictè, & tunc capitur pro eo qui habet à superiore locum absentis, uel mortui, d. l. 2. Aut largè, & uenit etiam delegatus ab ipso iudi

ce. & sic accipitur hic, et hanc resolutionē omnes sequuntē hic, & Dec. in rub. extra eo. Sed adduci potest illud, Incidit in Scillam cupiens euitare Charybdim. dum saluant definitionem ex uno capite, offendunt eam in alio: siquidem uerba definitionum debent esse propria, ita ut dixerit Bart. in l. omnes populi. in 3. q. vi. q. principalis. ff. de iustit. & iure. proprietatem
87 sermonis sumi à definitione. idem Bart. in l. 1. ff. de testamen. Vnde cum hic sumantur uerba largè & impropriè, non conueniunt definitioni. Dici potest, non esse bonam consequentiam: est larga significatio, ergo impropria. immo est propria. Aret. in l. cum lege. ff. de testament. Sentit Panor. in c. sedes. 3. notab. de rescrip. Facit definitio actionis. Instit. de actio. ubi uerbum debetur, comprehendit etiam actionem realem, secundum gl. ibi, & cōmuniter Dd. & realis actio non præsupponit propriè obligationem. §. omnium. eo tit. Vltra Doctores, salua definitionem ab obiecto Alex. alio modo, & dic oppositionem de uicegerente procedere posse, si in definitione tantum diceretur uicegerēs delegantis: sed cum adijciatē proprium nihil habens, illud uerbum Vicegerens, non potest cōuenire illi qui constituitur à superiore in locum absentis uel mortui, quia est ordinarius. d. l. 2. ubi glo. & ideo habet proprium. l. more. cum l. seq. infra tit. 2. Licet autem saluetur hæc definitio ab aliorum argumentis, adhuc tamen aliqua uidentur obstare. Et primò, quoniam in ea sunt plurima uerba su-
88 perflua: nos habemus, quod in dubio quando ponimus aliquem actum, ponimus eum tanquam ualidum. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & gl. in uerb. exhæred. in §. emancipatos. Instit. de exhæred. liber. unde dixit Bart. in l. 1. ff. de edend. quando dicimus testamentum, intelligitur de rite facto, etiam quod non dicam factum ab eo qui habet testamenti factionem, uel signatum septem testibus. sic in proposito, quando definire uolumus delegatum, debemus præsupponere delegatum ualidum, id est constitutum ab eo qui habet facultatem delegandi. & sic superfluunt illa uerba à principe, uel ab ordinario, cum sequētibus. essent enim apta, si scire uellemus quæ requirantur ad hoc ut ualeat delegatio. Item superfluunt illa uerba, uicegerens delegantis: quoniam cum subijciatur proprium nihil habens, sequitur quod exercendo iurisdictionem alium repræsentat, & gerit uices alienas. Miror itaque cur Alex. non magis coēgerit uerba sua. propterea solitus sum ipse dare aliam breuiorem definitionem, quam collegi ex rub. nostra: quæ cum nunc habeatur impressa lib. 1. Supput. cap. xi. ad ibi dicta me remitto, & hæc sint satis quoad delegatos.

Tertiò principaliter mandatur iurisdictio uicarijs, seu uicegerenti-

gerentibus, de quibus primò quæro in quo differant à delega 89
tis: de quibus suprà. Bart. in l. 2. C. de offic. eius qui uicem al-
te. gerit, uoluit eos dici delegatos, quibus iudex committit: ui-
cegerentes autem, cui superior in locum absentis iudicis, uel
mortui. Sed hoc cõfunditur ex dictis eiusdem Bart. in l. 1. §.
hi quibus. ff. de leg. iij. & in l. 1. ff. de tuto. & curatoribus dat.
ab his. ubi appellat cõstitutum ab ipso iudice non modo de-
legatum, sed uicarium. Aliter tenuit hic Alex. qui distinguit.
Aut accipimus uicarium seu uicegerentem strictè. & differt à
delegato, prout dicebat Bart. aut largè, & tunc etiam delega-
tus potest dici uicegerens, cum gerat uices delegantis. l. solet.
infr. tit. 2. Verum istud reprobaui lib. 1. Supput. cap. xij. & di
cam statim, quia non uidetur ratio quare magis largè unus ac
cipiatur quàm alius. Paul. de Castro in l. 2. infr. eo. in fi. quem
sequitur hic latè Rimi. col. penul. idem quasi sentiens quod
Alex. dicit, propriè uicarium seu uicegerentem eum esse, qui
repræsentat uices cõmittentis in totũ: hoc enim significat illa
uox Vicarius indefinitè prolata. l. si pluribus. ff. de leg. ij. At
delegatus gerit uices in parte, scilicet in causa cõmissa. hoc e-
tiam non satisfacit, quoniam lex non uidetur admittere hanc
differentiam, ut in l. solet. infr. tit. 2. ubi postquam Iurisconsul
tus dixit, solet prætor omnem iurisdictionẽ mandare, aut spe-
ciem unam, subijcit, quod is cui mandatur iurisdictio, utitur
uice mandantis, non sua. Et tamẽ prædixerat de mandato iu-
risdictionis ad unam causam: ergo eodem modo est uicege-
rens. Pro habenda ueritate huius quæstionis, altius exordien
do, sciendum in primis est de iure ff. non reperiri factam men 90
tionem huius termini delegati uel uicarij, in materia iurisdi-
ctionis, prout nos agimus, sed bene in alio proposito, ut l. ui-
carius. ff. de legatio. Sed semper utitur lex circuitione, & lo-
quẽdo de delegato, eum appellat cui est mandata iurisdictio:
ut in rub. nostra. & l. 1. per totam l. infr. eo. & in l. cognitio. &
in l. fin. & in l. more. cum l. seq. ubi traditur regula, & in l. so-
let. & in l. prætor. infr. tit. 2. & in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell.
& alibi pluries. uel appellat iudicem datum. l. legatus. ff. de of
fic. procons. & leg. l. cum prætor. §. 1. ff. de iud. d. l. 1. in princ.
quis & à quo appell. Nec obstat l. 1. infr. eo. ibi, lege uel sena-
tuscõsulto delegatã, quia alibi habetur delatam, & illa non est 91
certa litera: quod suadetur, quia nullibi in hac materia Iuriscõ
sultus utitur hoc termino, quando loquitur de delegato: tan-
to minus in l. 1. ubi loquitur de ordinario. Item aliquando ap
pellat eum cui data est iurisdictio. l. 2. infr. eod. d. l. more. Et
hanc puto rationem quare non sit inscripta rub. nostra de of-
fic. deleg. sicut in Decretalibus. Nam iurisconsulti non sunt
usi hoc termino, quia seruarunt proprietatẽ sermonis. unde
cum

92 cum delegare sit committere, ut dixi in principio huius rubri cæ, licet propriè dicatur causa seu iurisdictio delegata, id est commissa, & negocium delegatum, id est commissum. l. 1. ff. de damno infect. Tamen impropriè quis appellauerit delegatum eum cui mandatur iurisdictio, quia ipsi sit commissio, non autem committitur. Et ideo sicut in mandato cui simi lis est delegatio, d. l. more. cum l. seq. dicitur mandatarius ille cui mandatur: ita hic debuisset appellari delegatarius, ut etiã habemus de legatario & fideicommissario, cum similibus. & hæc potest esse alia responsio ad d. l. 1. infr. eo. Similiter quando uult loqui de uicario uel uicegerente: inquit, qui temporis causa præside defuncto obtineat prouinciam. l. 1. ff. de tuto. et cura. dat. ab his. uel eum qui uice præfecti ex mandatis princi pis cognoscit. l. 1. §. à præfectis. ff. de leg. 3. De iure autem Co-
93 dicis, quo non fuit seruata tanta proprietas uerborum, & de iure autent. usi sunt Imperatores hoc termino delegatus, ut in l. à iudice. cum auten. seq. C. de iudic. Multoties autem & plerunq; sunt usi circuitione, & dixerunt iudicem datum. l. placet. C. de pedan. iudici. uel appellando eum qui ex delegatione cognoscit. l. præcipimus. §. hæc si appella. C. de appella. uel aliquo quopiam simili modo de uicario est in Codice præ-
94 cipua rub. de offic uicarij, & fit mentio de uicarijs in l. præcipi mus. C. de appell. qui textus multum torquet hic Doct. in eo articulo, an inferior à principe possit constituere uicarium. Sed bene intelligendo, non loquuntur illa iura de uicarijs & uicegerentibus, de quibus nos tractamus, qui tenent locũ alterius magistratus ex mãdato superioris: quod suadetur, quia de his est specialis rub. C. de offic. eius qui uic. alte. Sed de quibusdam uicarijs qui erant magistratus principales à principe constituti. Sicut & proconsul & Comes Orientis, de quibus in d. l. præcipimus. & habebant administrationem & iurisdictionẽ ordinariam, ut est bonus tex. in l. quicunq;. C. de procurato. Declarat Alberi. in d. tit. C. de offic. uica. Et confir mo ex his quæ tradit D. meus Alciatus in quodã libello quem de magistratibus cõposuit, ubi inquit secundum diuersa tempora fuisse constitutos diuersos magistratus. Nam Constantinus cum se Bizantium transtulisset, ibi diuisit prouincias, &
1 inter cætera creauit quatuor uicarios, quos cum alijs magistratibus illis præfecit. Sunt igitur illi uicarij, uel alij similes ab Imperatoribus anterioribus, uel posteriorib. inuenti. Quantum uero attinet ad eos de quibus est nunc quæstio, non cre-
95 do in Codice de ijs aliquid haberi, immo per alia uerba nomi nantur, ut in d. rub. C. de offic. eius qui uic. alt. & l. 2. & in l. 1. C. de pedan. iudici. ibi, uice præsid. & in l. à proconsuli. C. de appell. uice præfect. De iure autem Canonico habentur pas-
sim

sim & rub. & cap. de uicarijs & delegatis, & in usu communi hæc nomina seruantur. Postquam igitur recepta sunt, nunquid inter se differunt? Dic, aut quęris an quantum ad uim uerbi, & nulla est inter eos differētia, & æquè propriè dici pos 96
sunt uicarij & uicegerētes. d.l. solet. d.c. sanè. & Bart. in d.l. 1. §. hi quibus. ff. de leg. 3. et in l. 1. ff. de tuto. et curat. dat. ab his. Vtrique enim cōuenit eadem etymologia, ex qua sumitur proprietas sermonis & uerborum, quando non contradicit definitio. Bart. in d.l. omnes populi. in 3. q. vi. q. prin. Tanto magis, quando concurrit ut hic, nam utrique conuenit definitio uicarij, ut dixi lib. 1. Supput. cap. xij. Aut quæris ex communi usu, qui nunc præsertim in iure canonico est receptus, & credo differre, prout dicebat Paul. de Castro. infr. l. 2. & Rimina. hic, quod delegatus sit is qui repræsentat alium in parte, puta in una causa, uel pluribus, seu generaliter, seu uniuersaliter. & licet aliquando cum uniuersaliter fit commissio, dicatur de iure canonico uicarius, illud non est simpliciter, sed cū adiuncto, scilicet uicarius foraneus, quod tantundem præstat ac dicere, delegatus ad uniuersitatē causarū. gl. in Clem. 2. de rescript. Angel. in d.l. 1. ff. quis & à quo appell. in fine. Vicarius uero & uicegerens est, qui in totū & per omnia repræ- 97
sentat uicem alterius. & appellatur etiam alicubi locū tenens, uel retinet nomē eius cuius uicē gerit cum aliquo adiūcto: puta, uicēpræses, uicecācellarius, uicegubernator, etc. Et habent ista nunc pro nomine dignitatis. Facit pro hac mea distinctione doctrina Bart. in procemio. ff. col. 3. ubi dicit, quod attenta etymologia huius uerbi, Imperator, & huius uerbi, Doctor, quicunque imperat & docet: potest dici imperator, ut Abbas, Pater, Præceptor. Tamen quia communiter is dicitur Imperator, qui eligitur per electores ad hoc deputatos, et ex corona 98
tione. c. per uenerabilem. extrà de electio. & Doctor, qui cum examine approbatur, & cui conferuntur insignia. l. medicos. C. de profess. & med. lib. x. is solum dicetur Imperator & Doctor, in quem suprà dicta concurrunt, non quilibet qui imperet uel doceat. Sic cum prædicta nomina capiantur nunc ex usu pro dignitate eorum qui in totum aliquem magistratum repræsentant, non cōuenient alijs, licet uices gerant. Secundo, iuxta hæc quæro quis possit cōstituere hos uicarios seu locumtenentes, qui repræsentent alium in totum. & dic legem, 99
ut in archidiacono, qui gerit uices episcopi impediti uel absentis. c. 1. de offic. archidia. item principē, uel in locum ipsius, ut in rub. & tit. C. de offic. uica. & dixi suprà. uel in locum alterius magistratus absentis, uel mortui. d.l. 2. C. de offic. eius qui uice alte. uel etiam præsentis, tamen impediti. Alberi. in d.l. 2. Et his casibus hic uicarius seu uicegerens habet ordina-

m tiam

riam iurisdictionem, & tantundem potest quantũ is in cuius
locum subrogatur, & idem honor sibi debetur .d.l.ij. & facit
quod notat Bart. de Vicerectore constituto ab uniuersitate,
100 in l.filius.ff.de legatio. quem uult gaudere ijsdem immunita-
tibus et priuilegijs, quibus ipse Rector. Sequit Alex.hic col.
antep.& communiter alij. & idem de locumtenẽte guberna-
toris tenet Guido papæ q. 234. & de locumtenente potestatis
seu balliui Corn.cons.ij. in præsenti consulta.col.ij.uol. iiij.
101 Ipsi uero ordinarij nõ possunt sibi constituere uicarios. §.nul
lam.in auten.de defenso.ciuita.& §.prohibemus,& de man-
da.princ.§.eos.ubi Bart.sequũtur omnes hic post Alex. Fal-
lit, si subsit iusta causa, puta infirmitatis, uel alterius iusti impe
dimenti.§.prohibemus. in auten.de collato.col.9. Bart. in l.
obseruare.ff.de offic.procõs.& lega.quod intellige, ut ibi per
eum, quando impedimentum non esset longum futurũ. aliàs
subrogaretur alius loco ipsius.arg.l.si longius.ff.de iud.Secũ
dò fallit de iure canonico.c.ij.& fin.de offic. uica.in 6. Tertiò
fallit etiam de iure ciuili ex consuetudine, Bal.in l.aliquando.
d.titu.de offic. procons. Et ideo uidemus, rectores & officia-
les ciuitatum & hos balliuos sibi creare uicarios & locũtenen-
tes. An uero tunc hi uicarij habeãt iurisdictionẽ ordinariam,
& de iure ciuili non habent, quoniam nemo inferior à princi-
pe tribuere potest ordinariam de iure communi.l.more.infr.
tit.2.ubi omnes, & dixi suprà in tractatu ordinariæ iurisdictio
102 nis. De iure autem canonico habet uicarius ordinariam. c.
Romana.de appell.in vi.& Alex.hic.qui in hoc dicit esse dif-
ferentiam inter ius ciuile & canonicum. At hæc differentia
non subsistit, quia nec etiam de iure canonico inferior à prin-
cipe dat ordinariam iurisdictionem, & uicario episcopi tribui
tur ordinaria à lege, non ab episcopo, ut dixi in d. tractatu or-
dinariæ iurisdictonis, in fine. Tertiò quæro, stante suprà di
103 cta differentia inter uicarium et delegatum, quomodo cogno
scemus an quis sit constitutus uicarius an delegatus. Bart.tra
dit modum in l.i.§.i. in fine.ff.quis & à quo appell. & eum di
cit uicarium, qui gerit uices ordinarij in eodẽ loco et tribuna
li, ita quod ab uno ad alium non appellatur. Si uero quis man
daret alicui iurisdictionem in aliquo castro uel loco, dicetur
delegatus etiam quod dixisset, facimus te uicarium nostrum.
sequitur Curt.iunior cons.ij.col.ij. Et hoc ultimũ potest con
firmari ex illa regula, quod quando concurrunt uerba & effe
ctus rei, magis attenditur effectus ꝙ uerba.l.si unus.ff. locati.
l.si olei.ubi Bart. ff. de præscrip.uerb.ideo cũ locatio dicatur,
104 quando pensio correspondet fructibus: & emphiteosis, quan
do soluitur quid modicum in recognitionem dominij. Bart.
in l.i.C. de iure emphit. non inspiciũtur uerba ad cognoscen
dum

dum quis contractus sit celebratus. Sed effectus unde modo pensio respondeat fructibus, etsi dictum esset do et cõcedo in emphiteosim, esset tamen locatio. Alex. cons. 112. uol. 1. Sic in casu Bart. licet dictũ sit Facio te uicarium, ex quo uicarius et uicegerens est ille qui gerit uices in totum, & isti est mandata iurisdictio in parte, erit potius delegatus. De his uicarijs seu locũtenentibus, uide late Bal. in d. l. aliquando. de offic. procons. Quartò, habemus alios qui uocãtur assessores, de quibus habes titulũ ff. & C. de offic. assess. qui ideo uocati sunt, quoniam assident iudicibus ut eis consulant. Sciendũ enim 105 est, aliquando iudices ordinarios seu delegatos esse imperitos in iure, & ideo assumunt aliquos peritos qui illis assideant. et hac de causa fuerunt introducti hi assessores, ut per Azo. in summa titu. de offic. assess. Bal. & Ias. in l. certi iuris. C. de iudic. Propterea aliquando appellantur consiliarij, l. consiliarios. ff. & C. eod. titu. aliquando socij iudicis, l. 1. C. eod. aliquãdo Comites, l. diẽ functo. ff. eod. Et quod ordinarius possit eum habere, est tex. in l. metũ. §. sed quod prętor. ff. quod met. causa. de delegato in c. statutũ. §. assessorem. de rescript. in vi. Paul. de Castro in rub. ff. eod. & per Bart. in autẽ. ad hæc C. de iudic. Neq; in hoc est aliqua differentia inter ius ciuile et canonicum, ut aliqui crediderũt, secundũ Panor. in c. sciscitatus. prope finem, de rescript. & in c. cum ab omni. de uita & honest. clerico. Ias. in d. l. certi. col. ij. Hic assessor nullã 106 habet iurisdictionem, ut per Bart. in l. 1. in fine. ff. eod. et ideo nõ potest iudicare, nec ferre sententias, sed iudex ipse cui assidet, debet eas ferre. Bal. in c. ij. col. ij. de iudic. et per Ias. in d. l. 1. col. fin. Aliquando tamen sibi tribuitur iurisdictio à statuto uel à iudice, qui à principio facit sibi unam delegationem generalem omnium causarum, ut docet Bar. in d. l. 1. in fine. & in l. præcipi. §. 1. C. de appell. & in d. auten. ad hæc, ubi etiam Bal. Et ita in Italia obseruatur, ubi huiusmodi assessores uulgò uicarij potestatis nuncupantur, ut per Ias. in rub. ff. eod. An autẽ cũ habent iurisdictionẽ, dicãtur assessores: dic quod 107 nõ, sed iudices. sicut cũ nõ habẽt, nõ possunt dici iudices proprie. Ex quo infertur, quod statutũ loquẽs de iudice, non cõprehenderet assessorem: et similiter statutum loquẽs de assessore, non uerificaretur in iudice: ut per Angelum et Dec. in d. l. 1. & latius consil. 5. col. iij. cum seq. Eorum officium est honorificũ, et plures maximi uiri in professione nostra illud exercuerũt, quos recenset Ias. in rub. ff. eod. Non est tamen assessoriatus, dignitas. l. liberti. & ibi oẽs notãt. ff. eod. Reliqua circa hanc materiam ultra docto. ordinarios in titulo ff. & C. eod. uide per Purpur. in suo tractatu, quem compilauit super eod. titu. & Moderniores Taurin. in l. diem functo. col. 1. ij.

& iij.ff.eo. Quintò, sunt arbitri, arbitratores, amicabiles cō-
108 positores. Arbitrorū alij dicunt̃ iuris, alij arbitri compromissa
rij. Arbitri iuris sunt, qui eligunt̃ à partib. ut de causa suspicio
nis cognoscāt, quādo iudex delegatus in eorū causa fuit recu
satus, ut suspectus. et ideo dicunt̃ arbitri iuris, quia iuris neces
sitate eligunt̃ l.fin.C.de iudic. Ex quo infert Bart. ibi, idē esse
in arbitris qui ex necessitate eligunt̃ ex forma statutorū, quib.
cauet̃ ut causæ inter affines cōpromittant̃, & hi habēt iurisdi
ctionē, et corā eis procedit̃ tanq̃ corā iudicib. à quib. parum
differūt, cum habeātur pro delegatis. d.l.fin. & l.apertissimi.
eo. titu. ubi Bart. & in l. i. C. de arbitris. Felin. in c. fin. col.
penul. de sent. & re iudic. Quod procedit in his qui eliguntur
in locū delegati recusati. Secus in his qui eligūtur ex forma sta
109 tuti, quia magis ęquiparātur ordinarijs. Paul. de Cast. in d.l.
apertissimi. Salic. in d.l.fin. ubi Ias. sequitur col. penul. Inde
est, quod ab eorum sententijs potest appellari. Bart. in d.l.i.
C. de arbitris. & in locis suprà allegatis. Et quamuis uideatur
sibi contrarius in prima constitu. C. eius opinio in d.l.i. est cō
muniter approbata, ut testatur Ias. in d.l.fi. col. penul. qui eā
pluribus medijs cōprobat, quāuis sub dubio indecisam reli-
110 querit in §. omnium. col. ij. Instit. de actio. Arbitri compro-
missarij dicuntur, quando partes ad fugiendas lites et expen
sas compromittunt in aliquem, qui de eorum lite cognoscat,
de quo loquitur titu. ff. & C. de arbitris. & hi nullam habent
iurisdictionē ex se, sed notionem tantū quę sibi tribuit̃ à parti
bus. quę largius et strictius solēt concipere uerba cōpromissi.
l. ait p̄tor. ubi Bart. ff. de re iudic. l. notionē. ubi glo. ff. de uerb.
signif. et in effectu omnis eorū potestas pendet, ex arbitrio si-
bi dato à partibus. l. nō distinguemus. §. de officio. ff. de arbi
tris. c. cū dilectus. extrà eod. unde dicit Bart. in autent. offe-
ratur. in fine. C. de litis cōtesta. sicuti Papa et Imperator quā-
do dant iudicē, possunt remouere solennitates iudicij: ita par
tes possunt dare formā arbitris, qui ab eis notionem habent.
111 Sunt autē hæc arbitria redacta ad instar iudiciorū. l.i.ff.eod.
ideo arbitri tenentur seruare ordinem iudiciarium, nisi aliter
sit dictum in cōpromisso. & hęc æquiparatio procedit in prin
cipio iudicij, in medio, et in fine. nā corā eis sunt proponendę
actiones, sicut coram iudicib. d. §. omnium. ubi glo. in uer-
bo arbitros. et faciendę probationes. l. penul. C. eod. et debet
iudicare super toto negocio. l. quid tamen. ff. eod. non tamē
ęquiparantur per omnia, imò in multis differūt. Et plures cō
formitates & differentias cumulat Aret. in d. §. omnium. col.
ij. & iij. inter quas illa est quotidie prę manibus, quod à sen-
112 tentia arbitrorum non appellat̃. Et ratio est, quia nō habent
iurisdi-

iurisdictionem: ideo sententia est nulla, et à sententia nulla nõ appellatur. l. i. C. eod. ubi Bart. sed metu pœnæ illi paretur. d. l. i. nec ex ea datur actio, ut ibi nota. licet ex sententia iudicis sic. l. actoris. C. de reb. credit. Hodie autem datur actio, quãdo fit compromissum secundũ formã. l. cum antea. C. eod. In quo 113
distingue, aut sententia arbitri emologatur expresse uel tacitè à partibus per lapsum decem dierum, & tũc ex ea datur actio et exceptio. d. l. cum antea. aut nõ emologatur, & tunc aut fuit cõpromissum adiecta pœna, & nõ datur actio, sed ad pœnam agitur actiõe ex stipulatu, ut per dd. in d. l. i. ubi casus. & in c. dilecti. extrà eod. Aut sine pœna, & agitur ad interesse, quatenus interfit partem nõ stare iudicatis. l. diem proferre. §. fi. ff. eod. Et ita distinguit glo. in c. p tuas. extrà eod. Sequit̃ pract. Papi. in forma libelli, quo agit̃ ad pœnam cõpromissi, in uerbo Franc. ubi dicit, esse hoc notãdum contra uulgares, qui tenent, non ualere compromissum sine pœna. Notabis adhuc 114
unum, dum suprà dixi arbitrum æquiparari iudici, hoc intelligitur de minoribus iudicibus, non de maioribus: & propterea nõ habent merum uel mixtum imperium. l. nõ distinguemus. §. de libera. ff. eo. Arbitratores sunt arbitri, qui eliguntur super contractu. et in hoc differunt ab arbitris cõpromissa 115
rijs, qui sumuntur super lite, ut per Cin. post Iacobũ de Arena, in l. si qui ex cõsensu. C. de episco. audiẽ. et sequitur Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. q. i. ff. de arbitris. Sed quia etiam sumuntur super lite, intelligas quod dictum est de contractu uel cœpto perficiendo, ut quando contrahentes discordant de precio, & remittunt se arbitrio alterius. §. precium. Instit. de cõtra. empt. l. si quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. uel non dum cœpto, sed ineũdo & perficiendo, ut super lite. nam arbitramentum postea factum et latũ super lite, est quædã transactio in genere, & sic contractus. Bart. in d. §. arbitrorum. q. prima. & Panor. in c. quinta uallis. col. iij. de iureiuran. Videtur enim partes implicitè consensisse in id quod arbitrator declarabit. Et si modo dicatur, his attentis, nulla est differentia inter arbitrũ et arbitratorẽ, quando sumuntur super lite. Ad hoc respondeo, imò maximè differre. Nam arbiter procedit 116
de iure, & seruat ordinem iudiciarium, ut proximè dixi. sed arbitrator sumitur de iure et de facto, nec procedit ordine iudiciario. & de eo loquitur tex. in d. §. arbitrorum. & d. c. quinta uallis, & appellatur quidã quasi proxeneta partium. Bart. in l. fin. ff. de uarijs & extraor. cogni. & quasi negotiorũ gestor. Bal. in l. fin. iij. q. C. de cõtra. empt. Ias. in d. §. omnium. col. ij. et dicit Innoc. in d. c. quinta uallis, ut ibi refert Panor. col. iiij. in secunda differentia, coram eo non esse iudicium, nec quasi iudicium, sed totum in sua uoluntate esse positum, ideo non

m 3 refert,

refert, an lis sit coram eo contestata, uel pronunciauerit in scri ptis, uel simpliciter: & corã eo actio proponenda nõ est. Specul. in titu. de libel. concep. §. restat uidere. Ab eius etiam declaratione nõ appellatur: sed si iniquè arbitratus fuerit, potest
117 peti reductio ad arbitriũ boni uiri. d. §. arbitrorum. quod non est in arbitro, cuius sententiæ standum est omnino, ut suprà dixi. & l. dic proferre. §. stari. ff. eod. Rationẽ diuersitatis assignat Bart. in d. §. arbitrorum. q. penul. quam dicit notabilem Panor. in d. c. quinta uallis. col. xij. uersic. sed uenio ad secundum. tamen eam aliquantulũ mordet, & dat aliã, ut per eum ad quem te remitto, qui plures alias differentias ponit inter arbitrum & arbitratorem. Verũ adhuc quæres, cum sint tot inter eos differentiæ, & soleãt aliquando compromissa fieri tanquam in arbitrum et arbitratorẽ, quomodo cognoscã quemadmodum eum iudicare debeam: hoc docet Bart. in d. §. arbitrorũ. iiij. q. qui dicit esse inspiciendũ, an processerit tanquã arbiter uel tanquam arbitrator. ad quod uide notabiliter Roman. cons. 40.
118 Amicabilis compositor uidetur idẽ esse quod arbitrator, ut uidetur sentire pract. Pap. in d. forma, in uerbo Franc. dũ quærit, quid in sententia arbitratoris et amicabilis cõpositoris, an ex ea oriatur actio. tamen licet idem sit, ut nõ detur actio ex eorum sententia, nihilominus differũt: quia arbiter est qui uidet an alius alteri sit aliquid daturus, et super eo pronunciat. Sed amicabilis cõpositor est, qui studet amicabiliter reducere partes ad concordiam, etiam sine pronunciatione. ita Bart. colligit ex glo. in l. si de meis. §. recepisse, secundum unum intellectum. ff. eo. Et licet Bart. uideatur loqui in arbitro, eius dictum concludit in arbitratore: & ita eum in arbitratore intelligit Imola. in d. c. quinta uallis. & Socin. cons. 124. præsens consultatio. et Ias. in l. quidam æstimauerunt. ultimo notab. ff. si certum peta. Et ex hac differẽtia potest infer-
119 ri, quod fratres minores, & alij religiosi, qui non possunt esse arbitri, nec arbitratores, Clem. eximi. de uerb. sig. Alex. cons. 80. uiso themate. col. 1. uol. 5. poterũt tamẽ esse amicabiles cõpositores. et ita in specie decidunt Moderni Taurin. in rub. C. de trãsact. col. ij. in fine. Plurima possent tractari in hac materia, sed quia intentionis meæ est tantum notare iurisdictionem singulorum qui proponuntur, ideo remitto uos ad ample notata per Bart. in repetitione d. §. arbitrorũ, & latius Panor. in d. c. quinta uall. Roman. in repetitione rub. & l. i. ff. de arbitris. Lanfrãc. de Oria. in tractatu de arbitris. & pract. Papi. in d. forma libelli. qua petitur pœna ex cõpromisso, et Moder. Taurin. in d. rub. de transact. col. iij. cum seq. Vnum tantũ nolo omittere, tanq; utilissimum, et quottidianũ in practica, esse plurimũ aduertendũ ad lauda, & sentẽtias latas per

supra

ſupradictos arbitros,quia defacili plerunq; annullantur. Da-
bo itaq; tibi in hac re aliquas obſeruantias. Et primò, pro lau- 120
do facias cõcluſionem , pro eo præſumi quod iuſte et rite latũ
ſit. Alex. in l. ſciẽdum. ff. de uerb. oblig. col. v. uerſic. fallit in
laudo. & conſ. 119. quęritur. uol. ij. Vnde dicit Cardina. conſ.
140. factum tale. ij. dubio, abſoluendum eſſe eũ qui habet lau
dum pro ſe. Sequitur latius cõprobando Dec. cõſ. 375. iuridi
cam. Contra laudum primò facit, quando latum fuit ſine cau 121
ſæ cognitione, quia non apparet acta interueniſſe. Angel.
conſ. 198. pro deciſi. Decius conſ. 475. col. fi. & idem quando
appareret de actis. Tamen tanta fuiſſet breuitas temporis,
ut pręſumatur arbitrum ſeu arbitratorem nõ adhibuiſſe cau-
ſæ cognitionem. Sicut enim tunc ſententia eſt nulla, iuxta do
ctrin. Bart. in l. prolatam. C. de ſentẽ. & interlocutio. ita & lau
dum. Bal. in d. lege prolatam. & in c. i. circa finem, de inueſti
tu. ma. facta. Panor. in d. c. quinta uallis. col. penul. Dec. cõſ.
564. col. ij. in fine. Secundò, quando latũ ſuper rebus prohi 122
bitis alienari, uel à lege, uel à teſtatore: puta ſuper rebus mino
ris. nam quemadmodum non poſſunt alienari de iure cõmu-
ni. l. i. & l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eorum. l. lex quę
tuto. C. de adminiſtra. tuto. ita nec ſuper eis fieri cõpromiſſũ,
& per laudum alienari. Anto. de Butri. Panor. & alij in c. cum
tempore, per illum textum. extrà. de arbitris. Angel. in ſpecie
conſ. 66. uiſis ductis. Dec. conſ. 39. col. ij. & conſ. 44. col. ij. ubi
probat hoc eſſe regulare. Similter quãdo prohibitio alienatio
nis eſſet facta à teſtatore. idẽ Dec. d. cõſ. 475. col. fin. Tertiò,
quando laudũ fertur ſuper eo quod nullũ erat. nam & ipſum
redditur nullum: ſicut de ſentẽtia dicit Bart. in l. ſi is ad quem.
ff. de acquire. hæredit. Et inquit Fulgoſius conſ. 73. paterfam.
col. iiij. quòd laudum et ſententia lata reſpectu pacti inualidi
eſt nulla, quia uitium quod erat in pacto, perſeuerat in ſentẽ
tia. & ideo ſi fieret pactum inter aliquos de hæreditate uiuen-
tis ſine eius conſenſu, uel aliquod pactũ quod auferret facul-
tatem teſtandi, quæ pacta à iure reprobãtur. l. fin. et l. pactum.
cum ibi nota. per Bart. & Doctor. C. de pactis. laudum latũ
pro eorum obſeruantia non teneret. ut per Dec. d. conſ. 475.
col. ij. cum ſeq. Quartò, cum ſuprà dictum ſit, laudum habe
re uim tranſactionis, ſicut tranſactio nõ ualet ſuper re certa & 123
liquida, ita nec compromiſſum & laudum. Bart. in l. ſi cauſa
cognita. C. de tranſact. et in l. eleganter. ff. de cond. indebiti.
Ideo nõ ualeret compromiſſum factum ſuper re iudicata, nec
laudum latum eo pretextu. Bart. ibi. & Dec. d. conſ. 39. col. ij.
qui tamen limitat, quando in compromiſſo eſſet renunciatũ
ſententiæ, quæ renũciatio debet eſſe pręciſa, ut dicatur, Renũ
ciantes tali ſententiæ, ſecundum Paul, & Alex. in d. l. ſi cauſa

cognita. Alios tres modos quibus laudũ impugnatur, habes per Decium, d.cons.39. quãdo esset data potestas arbitro prorogandi cõpromissum: si proroget, non citata parte, non ualet. Item quando laudum contineret usuram: puta cum arbiter condemnasset alteram partem ad soluendum septem uel octo pro centenario. Item quando laudum contineret enormissimam læsionem. et ibi etiam ponit, quomodò debeat cõsiderari hæc enormis læsio, & cons.60. & cons.632. Quintò
124 nõ ualet, quoties arbiter excedit contenta in cõpromisso: nec in hoc clausulę, quantũcunq; amplissimę proficiũt, etiã quod laudum postea ratificaretur. Roma.cons.155. pręmissum laudum. & cons.175. dictum ultimum. Ideo non ualet laudum, in quo arbiter excedit terminum, de quo in compromisso fit mentio. Io.de Anania, cons.85. Similiter non ualet pœna apposita in laudo, quæ in compromisso inserta non erat. Alex. cõs.94. in causa et lite. ij. uol. Et ratio potest esse, quia eius potestas tota dependet ex compromisso. l. nõ distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Et ita in pulchro casu arguit Soc. cõs. 121. in causa. col. ij. uol. iij. & habetur in decisi. Neapo. 117. ubi dicunt illi domini, quod licet non ualeret in uim laudi, tamen ualeret in uim promissionis, quando fuit emologatum.
125 Et similiter dicunt posse ualere in uim pacti. et fuit dictum originale. glo. in l. ij. C. commu. utriusq; iudic. & Bart. in l. i. C. qui pro sua iurisd. Quod tamẽ intelligas sano modo, quando nullitas procedit ex eo, super quo partes possent disponere: nam eorum consensu ualidatur. Secus si uitium nullitatis aliunde penderet: ut puta, quia laudum esset prolatum super pacto de hæreditate uiuẽtis, ut suprà dixi. Ita Panor. in c. examinata. ij. nota. extrà. de confirm. utili. uel inutil. quem sequitur & declarat Dec. d. cons. 175. col. penul. Vltimò habe
126 mus iudices qui uocantur cartularij, de quibus dicit d. meus Alcia. lib. ij. Paradox. c. v. in fine, post quosdam Modern. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. nullam in iure mentionem fieri: quod uerum est. tamen de eis est glo. in l. rem non nouã. C. de iudic. in uerbo faculta. & in l. i. ff. de iud. in uerbo qui tribun. & in l. fin. C. ubi & apud quem. in uerbo non habent. Et hi sunt notarij, qui ex priuilegio principis uel Comitis Palatini sunt creati notarij & iudices. glo. in d. l. fin. & ibi Bart. uel habent iurisdictionem à statuto. Angel. in d. §. si iudex, Iaso. in l. error. col. penul. C. de iuris & facti igno. Non enim procederet hoc in omnibus notarijs simpliciter: ut notat Bal. in l. adoptio. C. de adopt. Alex. in l. si cum dotem. §. co autem tempore. col. ij. ff. solut. matrimo. Angel. cons.93. uisis. Virtute autem huiusmodi priuilegij, uel statuti, habent iurisdictionẽ habitu, id est uolũtariam, non contentiosam. glo. Bart.

Bart. & Iaf. in locis supra allegatis. Ideo possunt expedire omnia ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, & eius authoritatem interponere: Bal. cõs. 303. factũ tale est uol. i eiusq; iurisdictio prorogari: Bal. in l. iubemus. §. fané. C. de sacrosanct. eccle. Latius Mari. Soci. artic. 4. q. x. in c. significasti. de foro comp. Hinc inoleuit illa practica, quoties debes alicui, & non uis litigare, tum uadis cum creditore tuo ad talem notarium, & coram eo confiteris debitum, & uirtute talis confessio- 127
nis notarius scribit instrumentum, & condemnat te ad soluẽ dum intra tale tempus. Siquidem notarius creatus ut suprà, potest uirtute suæ iurisdictionis hoc facere, sicut quilibet iudex ordinarius. l. si debitori. ff. de iudic. quod non potest, nisi haberet auctoritatem ex priuilegio, uel à statuto: quoniam priuatorum consensus nõ tribuit iurisdictionem, l. priuatorum. C. de iurisd. omnium iud. ita declarat Angel. in d. §. si iudex. Alex. in d. §. eo autem tempore. & Iaf. in d. l. error. & in l. i. §. si quis ita. col. 9. ff. de uerb. oblig. Et si ciipsemet est iudex & notarius, qui scribit. Bart. in l. iubemus. §. fané. C. de sacrosanct. eccle. habeturq; hic actus & cõfessio, perinde ac si esset facta in iudicio: ideo reuocari non posset. Bart. in d. l. error. col. fi. et ex stipulatiõne facta per procuratorẽ corã ipsis, acquirit actio sine cessione, sicuti ex facta in iudicio. Bart. in l. possessio. §. et si possessio. ff. de acquir. possess. Appellant autem uulgo huiusmodi instrumẽta guarẽtigiata, quę habẽt uim sententię interlocutorię. Bal. in l. fin. §. necessita. C. de bonis quę libe. Quinimo secundum Bart. in l. cum unus. in fi. ff. de bonis aucto. iud. possid. habẽt uim diffinitiuę. idẽ Bart. in cons. incip. Zilio. sequitur Roma. cons. 76. in causa nobilis. col. ij.
Ideo licet instrumenta regulariter non habeant executionem 128
paratam, l. minor xxv. annis, cui fideico. ff. de minor. tamen hęc instrumenta habebũt. Et ratio est, quia æquiparãtur præcepto iudicis, quod habet executionem paratam. d. l. si debitori. & l. post rẽ. ff. de re iudic. ita in specie Alex. in d. §. eo autem tempore. Angel. & Iaf. ubi suprà. Quo fit, ut licet statuta simpliciter disponentia, quòd instrumenta habeant executionẽ paratã, sint cõtra ius commune: non sic est, si dicant ut instrumenta guarentigiata habeant executionem, quia iam hoc ex se habebant de iure communi, ut per Angel. in d. §. si iudex. ubi alij. Paul. in d. l. post rem. Alex. in d. §. eo autem tempore. ideo essent extendenda. Limita tamen hoc ultimum, 129
ut habeant executionem paratam, quando sunt liquida & clara. Soci. cons. 4. col. 1. Pro complemento notabis adhuc unum, quod licet notarius non dicatur habere dignitatem, 130
Bart. in l. unica. C. de mand. prin. & in l. eadem. §. hac lege. ff. ad l. Iul. repetund. tamen hi notarij dignitatem habent, lo.

de Pla. in l. uniuersos. C. de decurio. lib. x. Deci. in d. l. unica. col. fin. qui idem concludit de notario principis, & cancellariæ, post Bald. in l. Cassius. ff. de senat. & Panor. in c. uenerabilem. 2. notabili, extra de electi.

FINIS.

QVAESTIO, AD QVEM SIT APPELLANDVM A SVBCONSERuatore. ubi etiam, an possit appellari à delegato episcopi, ad eius officialem generalem, uel ad summum Pontificem.

1. & 3 Conseruator censetur iudex delegatus.
2 Appellatur à subdelegato delegati à principe qui totum subdelegauit, ad principem, non ad subdelegantem.
3 Delegatus ad uniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.
4 Appellatur à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium.
5. & 22 Episcopi & eius officialis generalis est unum & idem tribunal.
6 Conseruatorum quot sint species.
7 Conseruator quamuis constituatur conseruator & iudex, non tamen desinit esse conseruator, effectus est maximus, ut ibi.
9 Conseruator quamuis sit delegatus, non est tamen ad uniuersitatem causarum, sed ad generalitatem.
10 Delegatus ad uniuersitatem, generalitatem, & particularitatem causarum quis dicatur.
11 Inquisitores dicuntur delegati ad generalitatem, non ad uniuersitatem causarum.
12 Vtilitas est maxima, cognoscere an quis sit delegatus ad generalitatem, uel uniuersitatem causarum.
13 Differentia nulla est inter delegatum ad uniuersitatem uel generalitatem, in modo appellandi à suo subdelegato.
14 Ratio quare à subdelegato delegati à principe qui totum commisit, non appelletur ad delegantem.
15 Verba illa, Authoritate nostra cognoscas, uel æquipollentia, inserta in rescripto, faciunt quem delegatum.
16 Iudex ordinarius, si eius iurisdictio alteretur per rescriptum, efficitur delegatus.
17 Delegatus à principe si subdelegando aliquid sibi iurisdictionale reseruat, ad eum appellabitur.
18 Delegatus principis suam sententiam exequitur.
19 Executor non habet iurisdictionẽ, quando cõmissio fit sibi à iudice: secus, si iudex efficiatur executor, reseruando sibi executionem in delegatione.

Appella-

Appellatur ad Papam omisso medio: quod tamen fallit, quando appellatur à subdelegato delegati à Papa. 20

Appellatio à subdelegato delegati à Pontifice, si interponatur ad Pontificem, est nulla. 21

Appellatur à delegato episcopi ad ipsum episcopum, non ad eius uicarium generalem. 22

Officialis generalis non potest se intromittere uirtute generalis iurisdictionis, de causa semel ab eo exempta. 23

Appellationes ascendunt, & non descendunt. 24

Appellatur à delegato episcopi ad eius officialem generalem, quando episcopus est absens in loco remoto. 25



CADEMIA Dolana ornata & munita est pluribus & honestis priuilegijs, sibi concessis per Martinum Pontificem, ut in eius literis apparet, quæ in fronte statutorum almæ Vniuersitatis habentur: in quibus inter cætera constituit D. Archiepiscopum Bisontinum conseruatorem dictorum priuilegiorũ in amplissima forma, dans sibi potestatem uices suas committendi, &c. Nunc D. Archiepiscopus conseruator solet uices suas committere, & alium subconseruatorem instituere in ciuitate Dolana, qui ius dicit scholaribus: contigit aliquando ab eius sententijs appellari. Fuit dubitatum ad quem deberet appellari. & potissima ratio dubitandi fuit, quia nõnulli appellare uolebant ad Officialem generalẽ ipsius D. Archiepiscopi, quod nolebat admittere subconseruator. res est delata ad uenerandum collegium nostrũ, in quo diuersæ fuerunt sententiæ. Ego uero cum nunc paulu lum ocij nactus fuerim, quo potui maturius omnia perpendere & considerare, operæprecium duxi his scriptis compræhendere, quid mihi de iure uideatur. Tres fuerunt tunc inter nos opiniones. Sunt qui sentiebant, ad summum Pontificem appellandũ: sunt, qui ad D. Archiepiscopum: sunt, qui etiam ad eius officialem generalem. Quod ad summum Pon
tificem, facit, quia Archiepiscopus est conseruator, & per con 1
sequens delegatus. gl. magistra. in c. 1. de offic. deleg. in vi. & ibi Io. And. & Gemini. notant, et in constitutione subconseruatoris totum subdelegauit. unde sequitur communis conclusio glossarũ & Doctorũ, quod quando appellatur à sub-
delegato delegati à principe, qui totũ subdelegauit, debet ap- 2
pellari ad principem, non ad eius delegatũ subdelegantẽ. Et hoc non habet dubium de iure canonico. casus est in c. super quæstionum. §. porrò. extrà, de offic. delega. ubi gl. & Doctores. Et §. ille procedit etiam de iure ciuili, ut ibi notatur, et Pe-

rusi.in c.dilecti.l.fin.extrà de appell. Et in specie quod omisso medio ad Papam appelletur, uult gl.in d.c. dilecti. ubi Perusi.col.5.uersic.decima limit. Quod autem sit appellandum ad d.Archiepiscopum conseruatorem, suadetur: quia licet sit delegatus, ut proximè dixi, tamen est delegatus ad uniuersitatem causarum. Gemini.in c.fi. §.officium.illo tit. de offic. de-
3 lega.in vi.qui quidem æquiparatur ordinario. glo.in c. cum causam.de appell. super uerbo delegatus. & in l.fin.C.de iudic.& in l.si uni.aliàs l.Pompon.ff.de re iudica. in gl. magna circa medium, præsertim in materia delegationis: nam delegare potest ut ordinarius.gl.et Doct.in l.à iudice.C.de iudic. ubi Iaso.latè, & in l.etsi prætor. ff.de officio eius. & in l.solet. ff.de iurisd.omnium iud.& plura alia potest, quæ ponuntur per Doct.in d.locis.& in l.more.ff.eod.tit. & cumulat aliqua Perusi.in d.c.cum causam.col.antepenul. Sed quãdo appel-
4 latur à delegato ordinarij, est appellandum ad ipsum ordinarium, non ad superiorem.gl.in d.c.dilecti.in fin.& ibi Doct. Bart.in l.1.§.1.prope finem.ff. quis & à quo appell. & hoc est generale, ut à delegato appelletur ad delegantem. Specul. in tit. de appell.§.nunc tractemus.Et hanc partem ut ad Archiepiscopum seu episcopum delegantem sit appellandũ, tenet Panor.in d.c.dilecti.Quod autem ad officialem possit appellari, probatur, quia idem est consistorium & tribunal episco-
5 pi & officialis generalis.c.Romana. de appell.in vi. & ita tenet Bald.in c.dilectis filijs.col.iij.de appell. Archidia. in c. 2. de cõsuetud.in vi. Et hæc trahebant dominos Doctores collegij in diuersas sententias. Quid modo dicendum est in tanta uarietate, cum pro qualibet opinione sint fundamenta in se uera, & communiter approbata? Pro habenda resolutione præsentis quæstionis, examinandum est unum, unde omnia pendent, et quod est cardo in hac difficultate, scilicet quam iurisdictionem habeat D.Archiepiscopus ratione conseruatoriæ, & hoc tam de iure communi, quam ex literis summi Pon
6 tificis. In qua re altius est repetenda materia conseruatorum, quorum tres sunt species. Aliqui enim dantur, ut aliquos defendant contra latrones. aliqui ad cõseruationem priuilegiorum. aliqui ut defendant ab iniurijs & offensis: & hi non habent iudicialem cognitionem, sed tantum cognoscunt de manifestis & notorijs, nec possunt uices suas committere. Ista habentur in c.1.& fin.de officio delega.in vi.& per glo. in d.c.1. Hodie tamen ampliatur multum eorum potestas per literas suæ institutionis, in quibus solent constitui conseruatores & iudices, & dari facultas expediendi per alios.quo casu habent postea iudicialem cognitionem & iurisdictionem, et literæ cõceptæ in hac forma appellantur secundum formam concilij

Vienen.

Vienensis. Ioan. Andr. in d. c. fi. col. 2. in uerbo dietam. & ibi
Gemini. in §. conseruatores. & eundem Io. And. in additio.
Specul. in tit. de officio delega. §. fin. col. antepenul. Non
tamen propterea licet constituatur conseruator, & iudex, desi
nit esse conseruator, sed remanet conseruator, cum hoc adiun 7
cto Delegatus: quod est huius effectus, ut nõ possit delegare
nisi constitutis in dignitate, sicuti dicimus in simplici & uero
conseruatore, ut per Io. And. in addit. d. §. fin. & Gemini. in
d. §. conseruatores. in fi. & ita est in conseruatoria nostra. Ex
his apparet, conseruatorem in similibus literis constitutum es
se delegatum non ordinarium, ut per gl. in d. c. 1. ubi Io. And. 8
col. 2. & Gemini. 3. notant. & Corn. cons. xv. uol. 3. Et colligit
in hoc proposito unum generale Gemini. in c. per hoc. de hę-
ret. in vi. quod quoties commissio fit alicui respectu certi ne-
gotij, talis dicitur delegatus. Facit etiam, quia eius officiũ ex-
tinguitur morte concedentis, nisi aliter sit dictum d. c. fin. §. of
ficium. Guido Papæ cons. 151. quod cõuenit delegatis d. l. mo-
re. cum sua materia. de iurisd. omniũ iud. Confirmatur ex na-
tura tituli sub quo situatur eorũ materia, qui est de officio de-
lega. arg. l. Imperator. ff. de in diem adiect. Et censetur delega
tus ad uniuersitatem causarum, ut notat Gemini. in d. §. offi-
cium. & Imola in c. licet undiq;. extrà de officio delegati. Iaso.
in discursu in d. l. more. col. 9. Sed licet uerum sit quod est de-
legatus, tamẽ in hoc ultimo decipiuntur, dum uolunt esse de- 9
legatum ad uniuersitatem: nam mouentur solum per tex. in
d. §. officium. per quem bene probatur quod est delegatus, ut
statim induxi: sed quod sit ad uniuersitatem causarũ, nullum
uerbum ibi ex quo hoc colligi possit, aut tacitè, aut expressẽ.
Et ideo dico esse delegatum ad pluralitatem seu generalitatẽ
causarum, non ad uniuersitatem: nam communis est theori-
ca Doctorum, eum dici delegatum ad uniuersitatẽ, cui est cõ- 10
missa pluralitas causarum respectu territorij, puta causæ quæ
uertuntur in tali castro, uilla, seu quarterio. Exemplũ poni po
test in uicario foraneo episcopi, ut per glo. in Clem. etsi princi
pa. de rescript. super uerbo foraneo, & ibi Card. Alex. Ad
generalitatem causarum eum dicunt, cui committuntur plu-
res causæ non respectu territorij, sed certarum personarũ tan-
tum, puta causas uertentes inter Sempronium & Titium. ita
gl. in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell. & in l. solet. ff. de iuris. om-
nium iud. in uerbo speciem. & Azo in summa illius tit. Paul.
de Castro in l. 2. ff. de off. eius. Bald. & Salic. in l. à iudice. C.
de iud. Perus. in d. c. cum causam. col. penul. Curt. iunior cõs.
2. col. 2. Cum igitur conseruatoribus committantur causæ re-
spectu personarũ, non territorij, ut puta causæ talis monaste
rij, causæ uiduarum, causæ pupillorum, causæ scholarum, &

aliorum suppositorum uniuersitatis, qui non respiciunt territorium, debent cēseri delegati ad generalitatem. Iaso. in d.l. more. de iurisd. omniū. col. 9. Et ita expresse decidit, declarando d. §. officiū. Perus. in d.c. cum causam. col. antepenul. et penul. & Curtius iun. in d.l. more. col. 12. Simile est in inquisitoribus hæreticę prauitatis, qui sunt delegati respectu hæresis ad uniuersitatem personarum: qui non dicuntur ad uniuersitatē, sed simplices delegati, ut per Lappū, Io. Andr. Gemini. in c. ne aliqui. col. ij. de hæret. in vi. Seueri. in d. l. more. q. 19. Perus. in d. c. cum causam. col. antep. licet de hoc dubitauerit Deci. in c. causam matrimonij. col. penul. extrà de officio delega. Et est maxima utilitas, cognoscere an quis sit delegatus ad uniuersitatē causarum, an ad generalitatem: quia ille in pluribus æquiparatur ordinario: ut per docto. in d. l. more. & Perus. in d. c. cum causam. col. antep. & dixi suprà. Et licet sint uariæ & diuersę causę, reputatur una tantum commissio. Antoni. de Butrio. et Bal. in c. licet, extrà de offic. deleg. Ias. in d. l. more. col. 9. Hic uero æquiparatū particulari delegato. quia tot sunt delegationes, quot causæ: ut declarat Salic. in d. l. à iudice. Est bene uerum, quod licet aliàs inter hos sit maxima differentia, tamē quo ad effectum appellationis, de quo nos agimus, non curarem, an esset delegatus ad uniuersitatem uel generalitatem: quia in modo appellandi non differunt, et idem de utroque iudicatur, & à subdelegato etiam delegati ad uniuersitatem causarum, quando totam causam commisit, appellatur ad superiorem delegantem, non ad delegatum. cum sit eadem ratio, quę in particulari delegato principis subdelegante totum: quia scilicet nihil iurisdictionis remanet apud eum, & sic non potest causa ad eum redire cognoscenda. ut per glo. in d. c. super quęstio. §. porro. de offic. deleg. & ibi Panor. declarat. Et ita uult gl. in d. c. dilecti. de appell. ubi Panor. & Bal. & Perus. col. vi. in princ. & iij. q. et in d. c. cum causam. col. antep. Et ex his cessat fundamentū quod suprà fecerā pro domino Archiepiscopo conseruatore. Remanet ergo firma conclusio, eum esse delegatum, & hoc de iure cōmuni. At quoniam hodiernis temporibus multū ampliatur potestas conseruatorum per literas suæ institutionis, ut suprà ostendi: uidendum est, quam iurisdictionē habeat ex literis summi Pontificis. Et cōcludas idem, ut sit delegatus per duo realia & cōmunia fundamenta. Primò, propter illa uerba, Auctoritate nostra, quæ pluries sunt repetita in dictis literis: maximè in ea parte principali, ubi dat plenā & liberā eadem auctoritate in omnibus licētiam & facultatem. Et quoties princeps committit aliquid cognoscendum uel faciendū cum hac clausula, auctoritate nostra, censetur tribuere delegatam iurisdictionem. Doctri. est Bart.

est Bart. in d.l.more.col.ij.in l.ambitiosa. col.fi.ff.de decretis ab ord.facien.& in q.sua,incip.Adunantia.in fi. quę canonizata est apud omnes in d. l.more.& in l.prima.§. si quis simpliciter.ff.de uerb.oblig.Iaso. late in l.ius autē ciuile. ff.de iusti.& iure. Secundo, quia licet ipse D. Archiepiscopus esset iudex ordinarius scholasticorum & suppositorum uniuersitatis, ut per glo.in autent.habita, C. ne filius pro patre. ubi Bal.& docto.in l.etsi prętor.ff. de offic.eius. tamen ex literis istis est multū ampliata eius potestas, ut uideri potest. Vnde sequitur alia communis conclusio, quod quando princeps 16
cōmittit aliquid iudici ordinario, in quo alias habebat iurisdictionem, alterando eius iurisdictionem, detrahendo uel ampliando in illa causa commissa, iudex ordinarius efficitur delegatus, ut habetur per Docto. in d. l.more.Ias.in d. l.ius autē. Ange. Alex. Soci. Ias. et quicunque Moder. in d. §. si quis simpliciter. in nota. Stante itaque hoc, quid sit delegatus, de quo nō est aliquo pacto dubitandū, sequitur determinatio principalis quæstionis, ut ad Pontificem sit appellandum: cum totum commiserit d.c. super quæstio.§.porro ubi casus. Durum admodū mihi uisum fuit, ut propter minimas causas cogerentur litigātes adire summum Pontificem, nam hoc retraheret eos ab appellando, quod posset dare materiam Subconseruatoribus delinquēdi in iudicando, uidentibus difficultate in appellādo. quinimo hoc noceret ipsi cōseruatoriæ: quia clientes uidētes posse uexari maximis sumptibus, adirēt alios iudices ordinarios. Et præterea esset maior honor Reuerendiss. D. Archiepiscopo Bisontino, ut causæ appellationum caderent in eius manus. Ideo principaliter in honorem ipsius Reuerendiss. D. & ad utilitatem tribunalis conseruatoriæ, & suppositorum uniuersitatis qui in eo litigant, ulterius consideraui, an possit dari aliquis modus & cautela, ut appellationes deuoluerentur ad D. Archiepiscopum. Et reperi quod sic. Nam illud quod à subdelegato delegati principis appelletur ad Papam, seu Principem, procedit, ubi delegatus totum commisit, & nihil sibi reseruauit: quia tunc desijt esse iudex, nec posset amplius cognoscere, ut notatur per glo. & Panor. in d. §. porro. Secus est, quādo aliquid sibi reseruauit, quia tunc appellatur ad ipsum delegatum. d. §. porro. Reser- 17
uet igitur D. conseruator aliquid, quando instituit Subconseruatorem, & habebit appellationes. Et si modo quęras praxim, id est, quid poterit sibi reseruare: Respondeo, quod instituat Subconseruatorem, cum hac clausula, Donec duxerit eū reuocandum: uel cum alia clausula, reseruata sibi executione. Nec obstat si dixeris, hæc tua cautela erit inutilis, quia suprà tenuisti D. Conseruatorem esse delegatum: sed delegatus non exe-

non exequitur sententiam. l. à diuo Pio. ff. de re iud. ubi Bart.
& cõmuniter alij ita tenent. Ad hoc dico, conclusionem illã
procedere in alijs delegatis. Secus in delegato principis, ut est
noster: quia is sentẽtiam exequitur, ut prędicti docto. conclu-
18 dunt in d. l. à diuo Pio. Et est casus in c. significasti. extrà de of
fic. deleg. ubi Canonistæ. Non obstat rursus si opponatur, ad
hoc ut appellatio deuoluatur ad delegatum iuxta terminos d.
§. porro. non satis est, quod delegatus aliquid reseruet, sed de
bet sibi reseruare aliquid iurisdictionis, ut per Feli. in d. §. por
ro. Sed executor non habet iurisdictionẽ. l. si ut proponis. C.
de execut. rei iud. hanc difficultatem sensit & mouit glo. in d.
§. porro. in uerbo transfert. in fine. sed eam tollit ibi Panor. fa-
tendo uerum esse, executorem non habere iurisdictionem,
19 quando à iudice cõmittitur nuda executio. Et ita procedit d.
l. si ut proponis. Secus in iudice ipso qui exequitur, quoniam
habet iurisdictionem. Et tandem de hac cautela non est dubi-
tandum, & eam habeas pro uerissima: quoniam de ea est nũc
casus in c. si delegatus. de offic. deleg. in vi. Iuxta hæc, ut eua
cuentur omnia motiua facta suprà in principio pro utraq; par
te, quæro, Posito quod adhibita altera ex illis clausulis, sit ap-
pellandum ad dominum conseruatorem, an nihilominus po
terit appellari ad summũ Pontificẽ? Et uidetur quod sic; quia
licet gradatim sit appellandũ, est tamẽ speciale in summo Pon
tifice, ut ad eum possit appellari omisso medio. ij. q. vi. ad Ro
manam. glo. in d. c. dilecti. de appella. ubi omnes, maxime
Perus. et Deci. Et dixi suprà, fundando partem Põtificis. Tu
teneas contrarium: quoniam illa conclusio, ut ad Papam ap-
pellari possit omisso medio, procedit in alijs delegatis subdele
20 gantibus: secus in delegato Papæ. & rationẽ assignat Panor.
in d. §. porro. in fi. & in c. cum te. eo. titu. de offic. deleg. quæ
est, quia delegatus in hac causa representat personam Papæ.
Vnde cum appellans habeat iudiciũ Papę paratũ in personã
delegati, frustra recurrit ad Papam. Et hanc dicit ipse esse cõ-
munem opinionem: quod uerum est. nam eam sequitur Feli-
nus in d. §. porro. Gemini. in d. c. si delegatus, in fine. Perus.
in d. c. dilecti. col. v. Innoc. Imol. & Dec. in d. c. cũ te. Et adeò
uera est, quod talis interposita appellatio ad Papam est nulla,
21 si opponatur: & sic intellige, ope exceptionis. Itẽ intellige nul
lam, si subdelegatus non admittat appellationem. aliàs admit
tendo præiudicaret deleganti: ut per omnes, in d. c. dilecti, &
dominos de Rota, decision. 315. incip. si appelletur in nouis. Et
ideo caueant subcõseruatores, uel aliàs subdelegati, ne admit
tant appellationes ad pontificem: imò potius rejciãt, ne pre-
iudicent suis superioribus, & etiã ipsismet. Nam superior de-
legans

legans posset eos punire, ut per Gemini. in d. c. si delegatus. Sed an saltem poterit appellari etiam ad officialem generalẽ 22
Reuerẽdiss. Archiepiscopi conseruatoris? Et uidetur quod sic, cum sit idem consistorium et tribunal Episcopi, & eius officialis generalis. c. Romana. de appell. in vi. et factũ ab eius officiali uidetur factũ ab Episcopo. glo. in c. i. de capel. monach. in vi. Et in tantum est connexa eorum iurisditio, quod Episcopo suspenso, est suspensa iurisditio officialis. glo. in c. i. de officio uicarij. in vi. Et per has & similes rationes hanc partẽ tenet Archidia. in c. ij. de consuetud. in vi. Domini de Rota decisio. 350. incip. item officialis. Bal. in c. dilectis filijs, de appel. col. 3. Peruf. in d. c. dilecti. col. vi q. ij. At contraria opinio 23
est in iure uerior, ut ad eum appellari non possit, quoniam hę causæ fuerunt semel è manibus suis exẽptæ, ex quo alteri fuerunt specialiter cõmissę. c. studuisti. de offic. deleg. Quod procedit etiam in causa appellationis, cum sit eadem causa, & de eadẽ re tractetur, iuxta nota. in l. inuitus. C. de procurat. Ideo non debẽt ad eum amplius redire. Et adeò hoc uerũ est, quod licet decederet delegatus, quo casu extinguitur delegatio, glo. in §. & hoc uero iubemus. in auten. ut nulli iud. in uerbo rescriptum: tamen officialis non posset se intromittere uirtute 24
generalis iurisditionis de causa exempta, sed deuoluitur ad superiorem qui delegauit. Bal. in l. si ut proponis. col. penul. C. quomodo & quando iudex. post Archid. per eũ allegatũ. Sequitur & comprobat Iaso. in d. l. more. col. fi. ff. iurisd. omniũ iud. Pręterea cũ hic delegatus sit maior ipso officiali, cũ repræsentet in hac causa D. Archiepiscopum, non potest ad eum appellari: quia appellationes ascendunt, non autem descendunt. Et hæc est magis cõmunis opinio, quam tenet Panor. 25
in d. c. dilecti. & in c. si quis contra cleri. extrà de foro compe. col. xi. Cardin. Alex. in Cleme. ij. in fine, de rescrip. Roma. notab. 484. incip. tu habes titulum. Alex. in apost. ad Bart. in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell. Felin. in rub. extrà de offic. deleg. prope finem, qui allegat etiam Io. And. idem uolentem. Deci. in d. c. dilecti. in prin. Moder. Taurin. in rub. ff. de officio eius. col v. uersic. vi. Nec obstant rationes in cõtrarium allegatæ, quia non potest dici idem tribunal, nec idem factum in causis exemptis. ita respondet, & bene, Alex. in d. apostill. ad Bart. Limita hanc conclusionem communem: 26
quando dominus conseruator esset absens in loco remoto: ut per Panor. & alios, in locis suprà allegatis.

Et ita omnimodo tenendum est.

FINIS.

REPETITIO §. ITEM SERVIANA. INSTIT. DE ACTIONIBVS. IN qua plenè examinatur materia pignoris, hypothecæ, & Saluiani interdicti.

1 Pignus quotuplex sit: & ibi, prætorium an differat à iudiciali.
2 Iudex potest capi dupliciter, largè & strictè.
3 Pignus prætorium & iudiciale differunt nomine, respectu originis.
4 Prætorium pignus datur à iudice ordinario, iudiciale à delegato.
5 Prætorium pignus constituitur tantum per actualem possessionem.
6 Pignus prætorium an dicatur semper ante sententiam.
7 Pignus conuentionale quod dicatur, & quo modo differat à prætorio & iudiciali.
8 Pignus prætorium & conuentionale possunt in eadem re constitui.
9 Pignus legale dicitur, quod tacitè à lege inducitur.
10 Dictio item, quomodo & quando repetat.
11 Actio quasi Seruiana et hypothecaria, an sint idem.
12 Consensus legis, existimatur consensus partis.
13 Actio Seruiana unde sit dicta.
14 Verba sunt improprianda, ut libellus substineatur.
15 Colonus alius est qui nummis colit, alius partiarius.
16 Colonus partiarius qui dicatur.
17 Colonus partiarius impropriè dicitur colonus.
18 Extensio fit de stricta significatione ad latam, militante eadem ratione.
19 Societas quæ est inter dominum & colonũ partiariũ, est respectu fructuũ.
20 Inuecta per colonum in fundum, sunt obligata non modo pro pensione, sed etiam pro deterioratione.
21 Retineri quãdo possit una res p alio debito. et ibi ponitur regula cũ fallẽtijs.
22 Retentio quando sit licita.
23 Seruiana actio habet locum etiam pro rebus inquilini.
24 Verbum habens plures significationes, uerificatur in omnibus.
25 Qualitas rei & materiæ distinguit rem rusticam ab urbana.
26 Differentia est inter res illatas in prædium rusticum, & in prædium urbanum: & ibi latè de ratione.
27 Bona secũdi cõductoris nõ sunt tacite obligata locatori: et ibi de ratione.
28 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.
29 Inuecta & illata in fundum rusticum & urbanum, ita demum sunt tacite obligata, si inuecta sunt, ut ibi essent perpetuò. et ponũtur alia requisita.
30 Merces uenales illatæ in fundum, non sunt tacitè obligatæ.
31 Minor inferens res in fundum cõductum, nõ censetur eas tacite obligare.
32 Hypotheca expressa & tacita quando dicatur, & quotuplex sit.
33 Factum hominis quomodo dicatur interuenire in hypotheca tacita.
34 Inuecta & illata si alienentur, transeunt sine onere.
35 Lex, est differentia. ff. quib. caus. pig. tacite contrahi. ibi declaratur.
36 Locator potest, si inquilinus non soluat, includere inuecta et illata & propria au-

pria auctoritate retinere.

Creditor potest rem obligatam, quæ peruenit ad manus suas, retinere. 37
Inuecta & illata quomodo dicantur includi. 38
Actio Seruiana quare nominetur cum illa dictione, quasi. 39
Saluianum interdictum quare sic appelletur. 40
Saluianum interdictum & hypothecaria actio quomodo differunt. 41
Hypothecaria actio est iudicium petitorium: Saluianum interdictum possessorium. 42
Probatio quomodo fiat in hypothecaria actione. 43
Debitor conuentus hypothecaria an possit refricare quæstionem dominij. 44
Hypothecaria actio prætendit solum ius in re. 45
Creditor agẽs hypothecaria cõtra tertios possessores quid debeat probare. 46
Pignus et hypotheca nõ diferunt quoad hoc, ut detur actio hypothecaria. 47
Vsucapione hypothecaria non tollitur, & ibi de ratione. 48
Præscriptio non currit, quando in hypotheca interuenit traditio. 49
Creditor an possideat tradita re pignorata. 50
Possessor quando dicatur malæ fidei. 51
Incorporalia, putà iura, possunt pignorari. 52
Seruitus quando possit pignorari. 53
Pignus, ad hoc ut contrahatur, necessariò duo debent interuenire. 54
Pignus quando proprie dicatur. 55
Pignus largo modo dicitur, etiam re non tradita. 56
Creditor possidet pignus, non hypothecã: & ibi ponuntur aliæ differẽtiæ inter pignus & hypothecam. 57
Publiciana actio est realis & prætoria. 58
Seruiana actio, & quasi, sunt reales. 59
Ratio quare in pignore constituatur ius in re sine traditione. 60
Actio hypothecaria an sit realis uel personalis. 61
Obligatio ciuilis, nec naturalis, oritur ex pignore. 62
Reali actioni regulariter præscribitur triginta annis. 63

§. ITEM SERVIANA, INSTIT. de Actionibus.



RAEMITTENDVM est, quia hic tracta-
tur de pignoribus & hypothecis, quotuplex
sit pignus. Et licet quidam dixerint esse du- 1
plex, alij triplex, nos pro faciliori doctrina
constituemus quatuor species, calcando ue-
stigia D. Ias. cuius ordinẽ sequar in hoc §.
cũ ipse ordinatius processerit ꝙ alij. Primò habemus pignus
prætorium: Secundò iudiciale. quod declara, ut hic per Iaso.
quem infrà reprobabo, dum uult pignus prætorium non
constitui nisi per habentem iurisdictionem ordinariam. Glo.
tamen in l, 2. C. qui potio, in pig, habe. & in l. 2. C. de pręto. pi

gno. non admittit hanc differentiam, & dicit æquiuoce hæc accipi, & unum poni pro alio, & prętorium appellari etiam iudiciale. Et licet glo. illę nihil allegent, tamen potest probari ex rub. ff. de iurisd. omn. iud. ubi tractaẽ de omnibus iudicibus, & ibi tractatur de prætore. l. eum qui iudicare. et l. solet. ff. eo. tit. Cum ergo prætor dicatur etiam ipse iudex, pignus prætorium potest dici iudiciale. Item iudiciale, id est quod fit à iudice, aliquãdo dicitur prætoriũ. Hoc probat textus in l. i. C. de præto. pignore. ibi, prætorium pignus quicunq; iudices dederint. & l. ij. eo. tit. Pro resolutione huius difficultatis, dico
2 quod hęc uox iudex potest capi dupliciter: largè pro omni eo qui ius dicit, ut comprehendat prætorem, & omnes alios iudices. & ita accipitur in l. i. ff. de iurisd. omni. iud. ut ibi per Decium, nu. 10. Et hoc casu habet locum quod uoluerũt illæ glo. ut prætor etiam ipse dicatur iudex, & ita pignus prætorium dicatur iudiciale strictè: & tunc accipiatur pro quadam iurisdictione separata à iurisdictione prætoria, & ita pro omni iudice præter prætorem. Et hoc modo procedat differentia constituta per dd. gl. & D. Ias. hic. Quæ differentia fuit etiã Alexan. in l. à diuo Pio. §. in uenditione, nu. 37. ff. de re iudica. Verum hæc distinctio mihi nõ placet, quia uideẽ fundari super personis: ut scilicet si prætor sit qui inducat in pignus, illud sit prætorium: largo tamen modo dicatur etiam iudiciale, si alius iudex illud dicaẽ iudiciale. Hoc enim cõfunditur per l. i. et ij. C. de præto. pigno. ubi si alius iudex ꝙ prætor, pignus induxe-
3 rit, tamen appellatur prætorium. Et ideo existimo prætorium & iudiciale differre nomine, respectu originis: quia prætorium processit ex iurisdictione prętoria, ut in cautione damni infecti. l. dies. §. prętor ait. ff. de dam. infec. & in cautione legatorum. l. i. §. i. ff. ut in possess. legato. et quando mittitur in possessionẽ ex contumacia debitoris. l. prætor ait. & l. cum unus. ff. de bonis auct. iud. possid. Facit optime Insti. de diuis. stipula. per totum, & suprà de oblig. §. omnium. Quicunq; ergo iudex mittat in possessionẽ ex his causis, tale diceẽ pignus prætoriũ: ut d. l. i. & ij. Licet largè possit dici iudiciale, quia etiam prętor est iudex, ut dixi suprà: iudiciale uero processit ex iurisdictione ciuili, ut à diuo Pio. d. l. à diuo Pio. in principio, & §. si super rebus. & per totam illam l. Et ideo si ex causa iudicati quis mitteretur in possessionem à prætore, nihilominus tale pignus diceretur iudiciale, attenta origine. Concludo ergo, pignus prætorium & iudiciale differre, quicquid dixerint illæ glosæ. Cum enim habeant diuersa nomina, ergo ipsa diuersa sunt, argumẽto l. si idem. C. de codicillis. Præterea cum ponatur separatus titulus prætorij pignoris à prætore iudiciali, ergo diuersa: arg. l. imperator, ff. de in diem adiect, & ita re-
peri

peri arguere Bartolũ in d. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. col.
i. Quod autem ſint poſiti ſeparati tituli, apparet C. de prætor.
pigno. & C. ſi in cauſa iudica. pignus captũ ſit. Et quod diffe
rant, probat hic Iaſ. aliquib. medijs. Primò per id quod not.
glo. in rub. C. de prætor. pigno. quę uoluit pretorium pignus
dari à iudice ordinario, iudiciale à delegato. Et illam glo. ſequi 4
tur ipſe Iaſon, & dicit eam ſequi Bart. in l. ij. c. qui potio. in
pig. habean. dum ſe ibi remittit ad d. gloſam. Dubito an illa
glo. male loquatur declarando hoc modo. Nam ut ſuprà dixi,
mittere in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, & gratia lega
torum ſeruandorũ, eſt dare pignus pretorium: ut l. ij. C. qui
pot. in pig. habeantur. & ibi glo. et tamẽ iudex delegatus hoc
poteſt facere. l. cognitio. §. ut poſſeſſio. ff. de officio eius cui
mand. eſt iuriſd. Speculator de primo & ſecundo decreto,
§. nunc uideamus. Aduerte tamen, quia credo quod bene di- 5
cat, quia pignus pretorium conſtituitur tantum per actualem
miſſionem. l. non eſt mirum. §. i. ff. de pignora. actio. Sed dele
gatus non poteſt realiter mittere in poſſeſſionem, quia eſt mi-
xti imperij. l. iubere. ff. de iuriſd. omnium iudicum. Nec ob-
ſtat §. ut poſſeſſio. quia ſecundum omnes loquitur de cogni-
tione, nõ de miſſione: ut ibi per Decium, et Alex. in d. l. iube
re. nu. 6. idem Alex. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. nu. 6. Poſſet
tamẽ ſaluari quod dictum eſt de iure Canonico, uel in delega
to à principe, quia his caſibus delegatus poteſt mittere in poſ-
ſeſſionẽ. Alex. d. l. iubere. nu. 4. & 5. & in d. l. à diuo Pio. nu.
8. Præterea non inſpicitur perſona eius qui dat pignus in prę
ſentia, ad hoc ut dicatur pignus prætorium nec ne. Et Bart.
dum ſe remittit in illa l. 2. ad glo. illius rub. de prẹto. pign. for-
taſſe remiſit ſe dum ibi dicit glo. uel dic ut diximus: glo. n. in
d. rub. non firmat pedes, imò uidetur recedere à primo ſuo di
cto, et tenere id quod not. in l. 2. C. qui potio. in pigno. habeã
tur, de quo ſtatim dicam. Aliam differentiã aſſignat D. Iaſo.
quæ fuit gl. in d. l. i. de præto. pigno. & in d. l. ij. C. qui potio.
ſcilicet illud dici prætoriũ, quod nulla præcedẽte ſentẽtia fit.
ſed ex contumacia debitoris fit miſſio in poſſeſſionem, ut l. ſi
unus. ff. de bonis auct. iud. poſſid. uel alijs modis, ut hic per
Iaſ. Iudiciale, quando in executione rei iudicatæ fit miſſio in
poſſeſſionẽ: ut in l. à diuo Pio. per totam l. ff. de re iudic. & C.
ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit. Et hæc ſunt uerba Ale-
xandri in dicto §. ſi in ueditione. nu. 37. quæ communiter
recipiuntur. Poſſet dici, non eſſe ſimpliciter uerum, quod pi- 6
gnus prætorium dicatur ſemper ante ſentẽtiam, iuxtà no. per
glo. in d. l. i. de pretorio pignore. in uerbo dandam, quæ dixit
per interlocutoriam uel diffinitiuam. Cogitabis tamen an illa
gl. bene loquatur. et dicendum eſt quod ſic: licet enim Pet. et

Cinus eam reprobent, tamen Salicetus ibi testatur eam teneri communiter. Addo aliam magis substantialem & utiliorem differentiam. Nam quando facta est missio in possessionẽ ex contumacia debitoris ante sententiã, ut l. cum proponas. C. de bonis aucto. iud. possid. & ita est constitutum pignus prætorium, potest reus uenire in reali actione infra annũ, in personali infra triginta annos, & recuperare possessionem, si soluerit expẽsas, & cauerit de iudicio sisti. auten. ei qui iurat. eo. tit. declarat Bart. in l. si. finita. §. Iulianus. in 4. col. et ibi Alex. in principio xviij. col. ff. de damno infecto. Sed quãdo est facta missio in possessionem post sententiã in executione ipsius sententiæ, & sic est constitutũ pignus iudiciale, tunc reus ueniens non auditur, etiam si uellet reficere expensas, et fideiubere secundũ formam. d. auten. ei qui iurat. Sed opus est quod soluat id in quo fuit cõdemnatus: ut l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs. & ibi Bart. Bal. Salic. Alexã. Iaso. notant. Ratio differentiæ est secundum Bartolum in d. §. sin autem. & in l. si pecuniæ. §. fi. ff. ut in possessio. legato. quia quãdo est facta missio in possessionem, quia aliquis non uenit: ut in d. auten. ei qui. si uenerit, recuperat possessionem secũdum formam traditam à iure. Si autem fiat missio, quia aliquis nõ fideiussit, præstita fideiussione receditur à possessione. l. si aduersus. ff. ut legatorum nomine caueatur. Si uero fiat missio quia non soluit, si soluat, receditur à possessione, ut d. §. sin autem reus. Et hoc prętoriũ et iudiciale pignus nõ constituitur, nisi actualiter quis missus fuerit in possessionem: ut l. ij. & ibi no. glo. c. qui potio. in pigno. habean. Et est textus expressus in l. non est mirum. §. i. ff. de pign. actione. limit. ut per Bart. in l. i. in ultima col. uersic. sed si execu. & ibi Alex. ff. de acquir. possess. Et in hoc differt à cõuentionali, quod sola conuentione sine traditione constituitur. l. i. eo. tit. Tertiò habemus conuentionale: & de hoc tractaẽ in hoc §. nostro, & in §. fi. supra, quib. mo. re. contrahi. obligatio. & in l. 1. ff. de pign. actione.
7 Et istud fit, quoties partes conueniunt ut res sit obligata: & est speciale in pignore, quod sola cõuentione sine traditione constituatur ius in re, cum regulariter sit contrarium. l. traditionibus. C. de pactis. Et rationem specialitatis ponit Bart. in d. l. 1. de pigno. actione: quia scilicet pignus est modici præiudicij. Similis ratio est in l. fi. C. quę res pigno. obligari poss. Alia ratio assignatur per Bal. in d. l. traditionibus in 3. col. uersic. sed hic quęro. quę est magis subtilis: uide per te. Intelligas tamen in pignore, id est hypotheca, quia pignus proprie non constituitur sola conuentione, ut infrà dixi super glo. fi. in principio. Et ideo differentia proxime relata per l. non est mirum. est inter hypothecã et pignus prætorium, non autẽ inter pignus conuen-

conuentionale & prætorium. Quomodo autem differat hoc pignus conuentionale à prætorio & iudiciali, uidimus suprà. unam differētiam aliàs ponit glo. magna in uerbo traditum. in l.i. de pigno. actione, et ibi Bart. quas non refero, ne nimis onerem hunc §. qui sua materia satis est oneratus. Non omitto tamen differentiā, quam hic ponit Iason, qui eam repetijt in l. creditor. la. ij. in fi. ff. si cert. petatur. & in l. à diuo Pio. §. si pignora. in primo notabili. ff. de re iudica. Et ratio est, ut per Bald. in d. l. i. C. de reuocan. his quæ in fraudem credi. quia missus in possessionem, eo imperio quo missus est, debet tueri. Licet autem differant conuentionale pignus & prætoriū, inde possunt concurrere, et in eadem re constitui. Pone enim quod fundus sit mihi obligatus ex conuentione, nihilominus potero petere me mitti in possessionē ex primo decreto, per quod constituitur pignus prætorium, ut d. l. non est mirū. Et de hoc est casus in l. fundus. ff. de annu. lega. Et hoc sentit glo. in l. cum debitoris. C. de iudic. & ibi Salic. Alex. et Ias. Vtilitas huius cumulationis est, quia maior solennitas requiritur in uenditione pignoris conuētionalis q̄ prætorij. l. fi. C. de iure domi. impetr. Item quia pignus conuentionale nō tendit ad secundum decretum, sed prętorium sic quod est primū decreetū, l. si finita. §. si plures. ff. de damno infecto. Quartò habemus pignus legale, quod præmisit Iason: tamē id postea prosecutus non est. Et de hoc pignore legali habetur toto tit. ff. & C. in quib. causis pig. taci. contraha. et hic in principio §. nostri. & istud tacitè à lege constituitur, ut in d. rub. in quib. cau. pign. tacite. Et dicitur tacita hypotheca, respectu partiū quæ non fecerūt mentionem in conuentione de tali hypotheca: ut in simili de substitutione tacita dicit Bart. in l. i. col. i. ff. de uulga. & pupilla. Hinc est quod si statutum inducat hypothecam, talis hypotheca erit tacita: quia licet sit uerbis statuti expressa, tamen tacita est respectu partium. Et hoc procedit etiam, quod statutum diceret, quod inducatur expressa hypotheca, quia adhuc erit tacita, habens uim expressę: ut per Paulū de Castro cōs. 394. incip. quanq̄ multa. Et hæc hypotheca tacita est duplex, ut uult Ias. infr. col. xi. et ibi dicemus. Et utile est scire an hypotheca sit tacita uel expressa, propter ea quæ habenē in l. assiduis. cum materia. C. qui potio. in pigno. habeant. & in §. fuerat. infrà eod. Præmitte etiā, ut per Moder.

Diuiditur in tres partes. In prima ponitur unū dictum, scilicet quod Seruiana, & quasi, sunt prætoriæ. In secunda, quod differāt exercitio, quia alia ad aliud q̄ alia competit. In tertia declaratur una differētia, quæ resultat ex uerbis secundæ partis. Secūda ibi, Seruiana autē. Tertia ibi, inter pignus: casum pone, ut per Fabr. summa, ut per Ias.

In hoc

In hoc textu nō sunt colligenda plura notabilia: quia, ut di
cit Io. Fab. omnia notant glossæ, ideo esset eas repetere. Non
10 omitto tamen, quod not. Angelus de dictione Item, quam di-
cit repetere præcedentia cum suis qualitatibus: quod uidetur
etiam sentire glo. prima. tamen id est intelligendum, quando
oratio sequens est imperfecta ratione uerbi, uel suppositi: ut
declarat Bart. & Paulus in l. i. ff. de publica. et Bart. in l. in re-
petendis. ff. de lega. 3. Moderni dicunt hoc not. esse uerū in
se, tamē non procedere in textu nostro, quia dictio Item non
repetit præcedentes qualitates. Nam in §. proximo præcedēti
tractatū est de reuocatoria actione, quæ est personalis: hic ue-
ro de Seruiana, quę est realis. Et hoc est ex eo, dicūt ipsi, quia
dictio Item ponitur in oratione penitus diuersa. nam tūc nō
repetit. Ego uero dicerē, posito quod dictio Item in textu nō
stro staret repetitiuè, quod bene staret, & referret qualitates
præcedētes: nam sufficit dictionē repetitiuam repetere quali-
tates necessarias, & eas quæ cōgruunt: ut per Bart. in d. l. in
repetēdis. uers. Item aduerte. sufficit ergo, quod repetat hanc
Seruianam actionem esse prætoriam, licet non referat esse per
sonalem, cum illud sibi non congruat. Præterea Imperator
hic significat solum hanc qualitatem harum actionum, scilicet
quod sint prætoriæ: non autem intendit principaliter loqui
an sint personales necne, ut suprà §. sed istæ. Et sufficit quod
referantur qualitates de quib. principaliter agit: ut per Deci.
in l. diem functo. ff. de offi. assesso. nu. 12. Verum ex alio dico,
quod hæc dictio Item in textu nostro nō stat repetitiuè: quia
tunc stat repetitiuè, quando oratio sequens est imperfecta, ut
suprà dixi. Sed quando est perfecta respectu uerbi & supposi
ti, tunc dictio item stat continuatiuè, secundum Bart. in d. l. i.
de publica. Si ergo textus noster diceret solum, item Seruia-
na & quasi Seruiana, quæ hypothecaria uocatur: deinde sub
deret, Seruiana autem, omissis illis uerbis Ex ipsius prætoris,
tunc fieret repetitio eius quod dictum fuerat in §. sed istæ, scili
cet quod essent etiam prætoriæ. Cum autem hoc exprimatur
ab Imperatore, inducitur potius continuatio q̄ repetitio, quia
non est quod repetatur. Considera tamē, an repetat quod sint
reales, ut hic sentit glo. et facit §. in personā. infra eodē. No-
ta secūdò & ultimò ibi, quasi Seruiana, quæ etiam hypotheca
11 ria secundū Iasonem, hic esse textū pro eo quod uoluit Bart.
in l. fi. ff. de Saluia. interdi. scilicet quod quasi Seruiana & hy-
pothecaria idem sunt. facit §. præterea. infrà eo. in fi. Non sic
in Seruiana: quia illa differt ab hypothecaria. l. 3. §. est autem.
ff. ad exhib. ubi ponitur disiunctiua Siue. Nam per Seruianā
agimus ad res coloni obligatas: per quasi Seruianam & hypo
thecariam, agimus cōtra res aliorum nobis obligatas. Et illud
est

est utile scire, propter modum agendi, ut quis sciat quo modo proponere actionē. Si enim unam pro alia intentaret, ratione ineptitudinis succumberet. l. i. ff. si mensor fals. mod. dixerit. Atq; ita si ageret contra res coloni hypothecaria, nōn bene ageret: quod uoluit Petrus, ut hic refert Fab. Stante ergo eo quod uoluit Barto. inuestigāda est ratio quare hypothecaria & Seruiana differunt: & ita, quare hypothecaria non habeat locum in rebus coloni. Fortè posset assignari talis, quia hypothecaria tunc locum habet, quando ex conuentione res obligatur: sed in rebus coloni tacite à lege induciť pignus. Verū hoc non placet, quia ex hoc sequeretur, nunq; in tacito pignore locum habere hypothecariam: quod tamen est falsum. l. i. C. communia de legat. Et multis alijs casibus præterea contrahentes semper se uidentur conformare uoluntati legis. l. hęredes mei. §. cum ita. Et ibi not. Docto. ff. ad Trebel. Et consensus legis reputatur consensus partis. Existimat enim lex contrahentes ita tacite cōuenire. l. eo iure. ff. in quib. caus. pignus tacite contraha. Non uideo itaq; posse aliquam bonam rationem assignari: & propterea mihi nō placet illa differētia Bart. quod Seruiana & hypothecaria differant, quæ uidetur confundi per aliquot iura, quæ hic allegat Fab. in quibus competit Seruiana in alijs rebus q̃ in rebus coloni, ut l. si creditor. ff. de pigno. actione. l. acceptā. C. de usuris. l. si ab eodem. ff. de pignor. et l. apud Celsum. §. idē tractat. ff. de except. doli. Et tamen in alijs rebus competit hypothecaria, ut hic uersiculo quasi Seruiana. Et hanc partē sequuntur Moderni hic, quā etiā ego sequor: hac ratione. Nam hypothecaria actio denominatur, quia per eam hypothecas persequimur. Et hypotheca nihil aliud est, q̃ suppositio. Ita ergo suppositæ sunt quæ sunt inuectæ à colono, quemadmodum ex alia causa. Et propterea debet dari hypothecaria, quemadmodū Seruiana, contra ipsum colonum, & eius res: & sic non differunt. Facit etiam textus in l. i. C. de precario. qui uult, cōtra eum qui emit à colono rem obnoxiam pignori, dari Seruianam, uel quæ ad eius exemplum instituitur quasi Seruianam, ut ibi per glo. Et tamen quasi Seruiana & hypothecaria idem sunt. Ille tamen textus in d. l. i. uidetur aduersari §. nostro, dum hic diciť quod Seruiana datur pro rebus coloni, quasi Seruianā in alijs casibus. Et tamen ibi non fit hęc distinctio, sed indifferenter dicit utranque dari. Tenendo hanc partem quam suprà retuli, difficultas est respondere ad §. nostrum: in quo efficaciter uidetur probari, differre Seruianam & hypothecariam. Nam Imperator hic quia intendebat dicere utranq; prętoriā, locutus fuit pluraliter: et dixit, substantiā capiunt. Sed quia utraq; nō erat hypothecaria, dixit singulariter, Vocatur, aliàs enim,

p si utraq;

si utraq; hypothecaria censeretur, dixisset uocantur. Moderni hi qui tenent contra Bartolũ & Iaso. non respondent ad hunc textum. Potest tamẽ responderi per textum in l. hæres. §. uxori. ff. de lega. 3. et per doctrinam Bartoli in l. cum filiofamilias. in fi. de lega. 1. ubi habetur, quod singulare referẽ ad omnia præcedentia. Verum pro resolutione supradictorũ, existimo hanc materiã sic esse declarandam. Nam actio Seruiana, quicquid dicat glo. infr. in uerbo quasi, appellata est à Seruio pre-
13 tore, qui eam primus in albo proposuit, ut hic. & in simili dicitur de Publiciana, à Publicio, suprà §. sed istæ: qui quidẽ prætor eam introduxit solum pro rebus coloni & inquilini, ut hic uersic. Seruiana autem. In alijs autem rebus obligatis uel hypothecatis non erat constituta actio creditoribus. Prętor ergo ei dedit actionem ad similitudinẽ Seruianę, quæ dicta est quasi Seruiana, ut dicta l. i. C. de precario, quasi quod impropriętur, cũ datur pro alijs rebus quàm pro rebus coloni. Et facit, quod solet dici, de quasi castrẽsi peculio. l. fi. C. de inoffi. testa. & de quasi maleficio, cum similibus: ut quemadmodum Seruiana competebat pro rebus coloni pignoratis, ita quasi Seruiana daretur pro alijs rebus, uel tacite uel expresse obligatis, quæ quidẽ quasi Seruiana fuit appellata hypothecaria. Et sic erat differentia inter Seruianam, et quasi, quę etiam hypothecaria dicitur: quia Seruiana competebat solum pro rebus coloni uel inquilini, quasi Seruiana in omnibus alijs casibus. & ita procedit §. noster. Non differebant tamẽ in eo, quia dabantur omnes pro rebus pignoratis et hypothecatis, uel tacite uel expresse. Potest ergo considerari aliqua differẽtia respectu originis earum. quia tamen hoc nullius effectus erat, compilatores non attenta uocum differentia, cum omnes eò tenderent, scilicet ad auocandas res obligatas, indifferenter eas appellarunt Seruianam & hypothecariam, remissa illa quasi Seruiana. Nam non memini in ff. aliquẽ textũ uidisse, qui faciat mẽtionem de quasi Seruiana. Et ita procedunt iura suprà allegata. l. si creditor. & l. acceptam. et l. apud Celsum, etc. Verũ posito quod adhuc consideraretur illa differẽtia quam dixi à principio fuisse, tamen non esset uerum id quod aliqui hic uoluerunt, scilicet quod si ageretur hypothecaria contra res coloni, quod inepte proponereẽ actio, quia ratione subiectæ materię interpretaretur hypothecaria, id est Seruiana, cum ipsa quasi
14 Seruiana dicatur, ut hic in textu. et parum à Seruiana differat: quod uoluit hic Fabri. Pro quo facit, quia uerba sunt improprianda, ut libellus sustineaẽ. l. si olei. et ibi not. Bart. C. locati. & l. sed etsi possessori. §. si iurauero. et ibi plenissime D. Ias. ff. de iureiu. Ratio ergo quare Seruiana differat à quasi Seruiana & hypothecaria, est, quia à principio ita fuerunt intro-
ductæ

ductæ, ut diuersimode competerent, ut ex supradictis patet.

Glossa in uerbo Item Seruiana, nihil habet, dum uult has
actiones esse reales: de his dicetur in glo. fi. Interim uide quod
not. Bart. in l. pignoris. C. de pignoribus.

Glossa in uerbo Quis, diuidit in 3. partes. In prima declarat.
in 2. ampliat, quatenus textus loquit̃ de colono. in 3. ampliat,
quatenus loquitur de pensione. 2. ibi, siue sit. 3. ibi, item etiã.
Et aduerte, quia non uideo ad quid uoluerit glo. allegare l.
qui fundum. ff. locati. Quia illa iudicio meo nihil facit ad id
quod ipsa glo. uult in 3. parte, quia utrunq; eius dictũ proba-
tur in dicta l. 2. in quibus causs. ut per Fabr. Fortasse facit hoc
modo, quia glo. uult hoc probare, quod pro deterioratione,
&c. Et ille text. probat, quod quando interest hæredis, hæres
potest agere, & deterioratio est interesse. Pro intelligẽtia hu-
ius gl. debes præmittere, quod colonus alius nũmis colit, alius 15
partiarius, ut l. si merces. § uis maior. ff. locati. & per glo. in §.
is uero ad quem. suprà de rerum diuisione. & gl. in l. si apes.
§. fi. ff. de furtis. Colonus qui nummis colit, potest considera-
ri dupliciter. Primò, quando præstat pecuniã ratione fructuũ
quos percipit ex fundo: & tunc proprie dicit̃ conductor, quia
tunc proprie est cõtractus locationis & cõductionis, quia in-
teruenit merces in pecunia, quod requiritur in locatione, ut
suprà de locatio. in prin. & ibi not. glo. Secundo modo, quã-
do præstat pensionem in alia materia quàm in pecunia: ut pu
ta in uino, oleo, frumento, nõ habito respectu ad id quod col-
ligit ex fundo. & tunc non est proprie cõductor, cum talis nõ
sit proprie conductio, sed contractus innominatus: cum non
interueniat pecunia, quæ est de substantia locationis. l. i. §. si
quis seruũ. ff. deposi. Colonus partiarius est, qui partitur fru- 16
ctus fundi, quem colit cum domino. & hic est etiam impro-
prie conductor, cum non interueniat merces in pecunia nu
merata: ut expresse uoluit glo. in d. principio, suprà de locat.
sed est quasi socius, ut l. si merces. §. uis maior. et ibi etiã Bart.
ff. locati. Cum itaq; sint plures species colonorũ, & textus no-
ster simpliciter dicat dominũ habere res coloni obligatas, &c.
dubitatur à Docto. nostris, nunquid hic textus habeat lo-
cum in omnibus colonis. Quantũ ad colonum qui nummis
colit, conueniunt omnes. Sed disputatio est, quid de colono
qui præstat aliquam quantitatem frumenti, uel olei, uel de co
lono partiario. Glossa nostra tenuit, quod textus iste in his ha
beat locum. Et cum gl. nostra est communis opinio, quam te
net hic Io. Fabri. Ang. Iason, & moderni, Baldus et Salicetus
in l. certi iuris. C. locati. Ias. in l. item quia in notabilib. ff. de
pact. Romanus sing. 233. Tu scis quod inuecta. Adde Baldũ
in l. i. ff. locati, Contrariũ tamen aliqui tenuerunt, quos refert

hic D. Ias. Et mouebant isti duobus fundamẽtis. Primò, quia quando pecunia non interuenit, improprie dicitur locatio & cõductio, ut suprà dixi. Textus ergo noster dum loquitur de colono, debet intelligi proprie quando pecunia interuenit: & ita de eo qui nummis colit. Non est ergo extendendus ad partiariũ. facit glo. in l. item diuortio. §. item merces. ff. solu. matrimo. quæ uoluit, quod partiarius colonus dicat improprie
17 colonus. cui Moderni hic addunt aliam glo. suprà de locatio. in princ. Secundò mouentur isti per l. si merces. §. uis maior. ff. locati. ubi dicitur inter partiarium colonum & dominum contrahi quasi societatem. Tunc succedit illud, quod non reperitur socium habere bona socij obligata. ergo, &c. Ego sequor communem opinionem, & glo. nostram, quam ultra ea quę hic dicit D. Iason & Moderni, comprobo hoc modo. Et dico, quod quoties lex facit simpliciter mẽtionem de colono, intelligitur tam de colono partiario, quàm qui nummis colit, nisi subiecta materia aliter suaderet. Hoc probo per d. §. uis maior. ubi Iuriscõsultus, postquàm fecerat mentionem de colono, dicit, Apparet autẽ nos loqui de colono qui nummis colit. &c. Sed si dictio colonus proprie acciperetur, pro eo qui nummis colit, quid opus fuisset Iurisconsultum declarare de quo colono intelligeret? Pręsupponitur ergo, quod illa dictio colonus poterat de utroque intelligi: & ideo Iurisconsultus se declarat. Facit, quia ille §. uis maior, habet locũ, quando præstatur aliqua quantitas certa nõ sub nomine quotæ: puta x. corbes frumenti: ut ibi per Paulum, & l. licet. C. locati. & ibi notatur. & Bald. in l. i. ff. locati. & tamẽ talis non colit nummis. Et ex hoc etiam apparet illum §. uis maior, nõ probare quod glossa uoluit in d. §. item messes. Præterea posito, quod textus loqueretur in colono qui nummis colit, tamen ueniret extendendus
18 ad partiarium: quia in exorbitantibus fit extensio de casu ad casum, quando militat eadem ratio: ut est doctrina Bartoli in l. si cõstante. in §. quæstione primæ partis principalis. ff. solut. matri. & ibi Alex. & Iason. Item quando militat eadem ratio, fit extensio de stricta significatione uocabuli ad latam. l. filium habeo. ff. ad Maced. Doct. maxime Decius in l. qui se patris. col. fi. C. unde liberi. Non obstat modo, quod colonus dicatur proprie qui nummis colit, quia hoc ego nego per d. §. uis maior, ut suprà põderabam. Aliud enim est dicere quis dicatur proprie cõductor, aliud quis proprie colonus. Quo ad cõductorem, fateor quod ille proprie dicitur, quando pecunia interuenit. & ita procedit glo. suprà de locati. Sed quantum ad colonum, cum colonus dicatur à colendo, ita colit partiarius, quemadmodum ille qui nummis colit. Et ideo dicebat Alexander in d. l. diuortio. §. si messes, quod §. uis maior, non probat

probat intentionem illius glossæ: quinimò probat contrariũ, ut suprà ostendi. Et ideo Imol. ut ibi refert Alex. tenebat etiã partiarium dici proprie colonum. Nec obstat fortasse, si quis mihi obijceret de d. §. item messes: ubi intelligitur de colono qui nummis colit. quia ut suprà dixi, colonus indifferenter accipitur pro quocunq;, tamen secundum subiectam materiam apparet de quo sentiamus. cũ enim ibi dicatur, quod messes sequuntur colonũ, ergo est ille textus intelligẽdus, quod pro messibus colonus pecuniã præstabat. Licet posset etiam intelligi, quod præstaret annuam quantitatẽ frumenti. Secundò non obstat, quod uideatur contracta quædam quasi societas: 19
quia ultra Doctores respondeo illud esse respectu fructuum, non respectu cõtractus. cum enim diuidant inter se fructus, sapit hoc societatem: socij enim diuidũt lucrũ proueniens ex societate. Nota ex 3. parte glossæ, quod res inuectæ per colonum, nõ modo sunt obligatæ pro pensione fundi, sed et pro 20
deterioratione. Et hoc omnes sequuntur, ut Iaso. & Angelus hic. Iason in l. item quia. in primo notabil. ff. de pactis. Et probatur expresse in d. l. 3. ff. in quib. cauf. pig. tacite cõtrah. Quę lex licet loquatur in inquilino, tamen habet etiam locũ in colono. arg. l. certi. C. locati: et eorum quę dicemus infrà in glo. sequ. Sed pulchrũ dubiũ est, an res inuectæ in domũ uel fundũ, quæ sunt tacitè obligatæ pro pẽsione, si sit soluta pensio, possint pro alio debito retineri. Angelus hic tenet quod sic. D. Iason arguit ad partes, et nihil decidit. Bart. uero in l. solutum. §. solutã. in fi. ff. de pig. acti. tenet quod sic. Et mouetur per l. 1. & 2. C. in quib. cauf. pig. taci. contraha. & l. 1. C. ob chirog. pecuni. Iaso. in d. l. item quia, tenet contra Bart. & moueť per l. fi. C. commod. ubi habetur, quod res commodata non potest pro alio debito retineri. Ad Bart. in d. §. solutam. respondet, quod l. 1. & 2. per eum allegatæ non probant. non tamen respondet ad d. l. 1. C. etiã ob chyrographi pecuni. qui textus optime probat mentem Bart. Vt tamen habeas ueram resolutionem in hoc passu, distingue ut est de mente doctorum in d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecuniam. & in d. l. fi. & in l. si non inducta. C. in quibus cauf. pignus tacite contrahi. & in l. si non sortem. §. si centum. ff. de codi. indebi. Quando quæritur, an una res possit pro alio debito retineri. Dices aũt, illa 21
res est uel fuit obligata pro alio debito, et tunc potest retineri, ut d. l. 1. C. ob chirograph. pecuni. Qui textus ita cõmuniter intelligitur per Doctores in locis suprà allegatis. Ratio ponitur per Salic. in d. l. fi. C. commo. quia illa res erat tradita creditori ob suam tutelam, licet pro alio debito. Item quia nõ habuit pro conueniẽti, ut debitor maluerit soluere pro antiquiori debito, q̃ pro alio, pro quo non erat cautũ creditori: & ideo

in illa l.1. dat sibi exceptionem doli, non tamen potest agi ad illã rem, licet possit retineri, ut per glo. in d.l.1. uide tu ibi per Docto. Aut nec fuit, nec est obligata pro alio debito: & tunc constituas regulam, quod non licet rem retinere pro alio debito, siue illa res perueniat ad manus creditoris ex uoluntate debitoris, ut d.l.fi. C. commod. siue contra uoluntatem, ut d.l.fi
22 non inducta. Fallit hoc primò, quando res esset tradita creditori à debitore, ut sibi cõstitueretur ius in illa re, quia tunc potest retinere d. §. si centum. Secũdò fallit, quando ille qui uult retinere, id facit ratione expensarum factarũ in ipsa re. nam tunc potest retinere argumento l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. Et est singularis textus secundum Gulielmum de Cuneo in d.l. prętextu. et in l. huius. ff. qui poti. in pig. hab. Hinc infertur secũdum glo. in d. §. si centum, quod scriptor potest retinere quinternos sibi datos: quia in rem & utilitatem rei impendit scribendo. facti enim sunt illi quinterni cariores. non tamẽ posset retinere exemplum sibi datum ad exscribendum, quia ibi nihil impendit, & propter aliam causam ad eum deuenit: ut per Bart. in d. §. si centũ. in fi. et per Docto. ubi suprà. Hic etiam infertur, secundum Baldũ & reliquos in d. l. prætextu. Quod si nauta, uel alius, qui conducit ualisiam, uel res alias scolaris, soluerit aliquid pro gabella, poterit illas res retinere, donec illi soluatur. Infertur etiam ad marescalcos et sutores: ut ibi per eos. Et adde decisionem Baldi relatam per Iasonẽ, infrà numero 72. Tertiò fallit in dote, quia est licita retentio. l. si filiofamilias. ff. solu. matrimo. Et hæc satis sint, licet potuissem hanc distinctionem altius exordiri. Recurre tamẽ ad doctores, ubi suprà. Et uide Baldum in cons. 253. incipi. ad euidentiã. 3. uolu. In fine glo. uult dicere, quod nõ debent fieri, quæ facta nõ releuant. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. nomine caueatur. Cum ergo habeat locator actionem ex locato ad consequendũ interesse & deteriorationẽ rei, quid opus est ei dare hypothecariam? Potest responderi, quod imò releuat, & interest locatoris habere hypothecariam. Pone enim quod conductor sit factus non soluendo, inanis esset actio ex locato personalis. l. nulli. ff. de neg. gestis. Nam actio personalis non egreditur personam. l. fi. C. si certum petatur. Possęt tamen agere hypothecaria, quę est realis, ut infrà uidebimus, cõtra possidẽtes res ipsius cõductoris, quibus fuerunt alienatæ. Glo. in uerbo coloni. diuidit in 5. partes, ut hic per D. Iaso.
23 Ex prima parte est notãdum, quod Seruiana habet locum etiam pro rebus inquilini. Petrus tamen de Bella pertica, et Cynus latè in l. certi iuris. in fi. quęsti. C. locati. tenent, quod imò habeat locum quasi Seruiana: & dum uolunt Saluianũ interdictũ competere tantũ pro rebus coloni, hoc est falsum, quia saltem

saltem utile competit pro rebus inquilini: ut per Bart. in l. i. ff. de Salui a. interdi. Et hæc est communis opinio: ut per Salice. in d. l. certi. in fi. Cætera eorum fundaměta, quæ etiam refert hic Fabri. sunt leuia. Ideo dicebat Bald. in d. l. certi. in fi. hos Doctores hæc somniasse. Sequenda est igitur opinio glo. nostræ hic, quam sequitur Salice. & Bald. in d. l. certi. & D. Iaso. hic, & Angel. & Fabri. quæ potest probari hoc modo. Nam æquiparata hæc duo sunt à lege, quod inducta per colonum & inquilinum, sint tacitè obligata. d. l. certi. Ergo quemadmodum pro rebus coloni competit Seruiana, ita & pro rebus inquilini: licet in uno requiratur scientia, in alio non. & hoc est quod uidet̃ uoluisse gl. hic. dum dicit: nam eius res sunt tacitè, &c. Præterea colonus potest capi dupliciter, et utroq; modo propriè. Primò pro eo qui colit agrum: secundò pro eo qui colit, id est habitat. Nam colere est habitare. Virg. Posthabita coluisse Samo. Inde coloni, qui habitãt. Idem Virg. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Tunc succedit illud, quoties 24
uerbum habet plures proprias significationes, quod uerificat̃ in omnibus. l. cum lege. & ibi Aretin. ff. de testam. Nota ex secunda parte, inquilinum dici in ciuitate, colonum in uilla. Idem uoluit gl. in l. emptorẽ. l. locati. & in l. re pign. hic allegata. Hæ tamẽ glossæ cõmuniter repræhenduntur per Dinum hic, & alios Doct. & per Doct. in d. l. certi. & in d. l. re pignor. ubi Alex. Nam debuissent dicere, ut dicit tex. in d. l. re pigno. scilicet quod & colonus in agro, inquilinus in ædibus. Nec enim uerũ est quod semper colonus sit in uilla, nec inquilinus in ciuitate. Siue ergo quis cõducat domũ in uilla, siue fundũ in urbe, erit colonus in urbe, & inquilinus in uilla. Est ergo inspiciendũ secundũ Bald. in d. l. certi. in prima quæstione, & Alex. in d. l. re pignorata. quod principaliter agitur. Si enim quis cõducat agrum, & domum ibi inhabitet, tamen erit colonus. Inspicitur enim principale propositum. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. Item qualitas rei & materiæ distinguit 25
rem rusticam ab urbana. l. urbana prædia. ff. de uerb. significa. l. si prædium. C. de præd. minorũ. & ideo dicebat textus, quod si horti habeant̃ in ædificijs ad amœnitatẽ, cõputabuntur in urbanis prædijs: si ut in redditu sint, rusticorum loco habebuntur, licet in oppido & urbe sint. & cognitio supradictorum utilis est, propter differentiam quæ est in l. certi iuris. de qua statim subijciam. Saluantur tamen hæ glossæ per Baldũ in d. l. certi. ut procedant secundum contingentiam facti. Plerumq; enim domus cõducuntur in urbe, ager in uilla. Vel possunt saluari ut per Imolam et Aretinum in d. l. re pigno. scilicet quia sic se habet communis usus loquendi, qui præualet cuicunq; alij proprietati & constitutioni. l. librorũ. §. quod

tamen

tamen Cassius.ff.de leg.3.& ibi glo. Doct.in rub. ff. de noui operi.nunci. Tangit hic incidenter D.Ias. an nobilis inhabitans rus, censeatur propterea rusticus. Videatis per uos, quia est facilis. Et hoc non pertinet ad materiã nostram. Strepunt
26 etiã hic latè Moderni, quos potes uidere. Nota ex tertia parte, esse differentiam inter illata in prædium rusticum & urbanum: quia illata in rusticum sunt tacitè obligata, si dominus sciat: illata in urbanum, etiam si nesciat. Ratio assignatur per glo. quia sancta rusticitas omnia palàm habet: sed inquilinus multa clam apportat, quę locator ignorat. Contra primum dictum, quod inducta in prædium rusticum nõ sint obligata, siue dominus sciuerit, siue nõ, uidetur textus in l. eo iure .ff. in quibus cauſ. pig. taci. cõtraha. per quem ita substinuit Fortu. in l. item quia. ff. de pactis. Communiter tamen ille textus in l. eo iure. declaratur secundum illam l. certi iuris. Item contra rationem, facit quia illata censentur obligata, quia ita tacitè uidetur cõuenire inter partes .d.l.eo. Sed nihil magis consensui contrarium quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisd. omniũ iud. Si ergo sancta rusticitas omnia palàm habet, & inquilinus clam, facilius deberet præsumi consensus in his quæ palàm sunt, & quæ scimus, quàm in his quæ ignoramus. Ideo aliam rationem assignat Bart. in d.l. eo iure. quam refert hic Iason, quod in urbanis non requiritur scientia, quia incongruũ est rei familiaris detegere utilitatem. Sed hæc ratio potest mordeli, ut per Ias. Item cessaret in diuite, quia non detegeretur utilitas. Sed potest dici, quod cauſaretur inuidia, ut l.2.C. quando & quibus quarta pars. lib. xi. ibi, inuidiæ patère diuitias. Doct. hic, & in d.l. certi. sequuntur communiter rationẽ glo. quæ tamen, ut uidetis, male substineri potest. Aliam etiam rationem ponit Fortun. in d.l. item quia. quam referũt hic moderni: uide per te. Quantũ attinet ad pręsens, nihil melius succurrit. Rationem autem glosę potes sic deducere. Nam lex est quæ præsumit conuenire inter locatórem & conductorẽ, ut inuecta sint obligata. d. l. eo iure. Et ideo lex præsumit hoc, quando adest scientia. nam tunc de facili præsumitur consensus. l. qui patitur. ff. manda. Error enim officit cõsensui, ut supra dixi. Sed tamẽ lex potius uoluit introducere oblationẽ, & præsumere cõsensum sine scientia, quàm permittere in inquilino hoc inconueniens, ut conductor patefaciat res suas. Nam sic est consultum & locatori & cõductori. Hæc ratio cessat in rustico, qui pauca habet, & palàm: & ideo lex noluit in eo introducere consensum sine scientia. Aliam differentiam inter illata in prędium rusticum et urbanum, ponit hic D. Ias. quæ resultat ex §. solutam. & ex §. si colonus. Idem tamen Ias.
27 in l. item quia, in 1. col. ff. de pactis, tenet indistinctè, quod bona

na ſecundi conductoris non ſint tacitè obligata locatori, pri-
mò per d. §. ſi colonus. qui licet loquatur in fundo, tamen in-
telligit eum etiam in domo. Hoc idem tenuit Romanus ſin-
gulari 85. incipiente, inuecta & illata. Pro quo facere uidetur,
quia à principio non poteſt introduci hypotheca ſine princi-
pali obligatione. l. ſi fideiuſſor obligari. in prin. ff. de fideiuſſo.
Sed iſte ſecundus conductor non tenebatur aliqua principa-
li obligatione primo locatori. Præterea §. ſolutam. non dicit
expreſſè ſecundum inquilinum teneri. Teneas tamen, quod
ſit differentia: & quod imò res ſecundi inquilini teneant̃, pro-
batur in l. ſi gratuitam. ff. in quib. cauſ. pig. tacitè contraha. u-
bi dicitur, quod ſi quis cõductor gratuitam habitationẽ præ-
ſtiterit mihi, inuecta à me non eſſe pignori domino inſulæ. er-
go à contrario ſenſu, ſi non gratuitam, erunt pignori. & hoc
etiam ibi uoluit gl. in d. l. ſi gratuitam. & hæc differentia pro-
bari communiter uidetur per Doct. in d. §. ſi colonus. & in d.
§. ſolutã. Nec obſtat d. §. ſi colonus. quia debet intelligi in co-
lono fundi, prout loquitur. Nec obſtat l. ſi fideiuſſor. in prin
cipio. Quare reſpondeo, quod quis poteſt obligare res ſuas
pro alieno debito. l. aliena. ff. de pigno. actio. Declarat Bart.
in d. §. ſolutam. Ad hæc §. ſolutum. hoc uult expreſſe, ibi; ui-
detur autem tacite; & cum domino ædium conueniſſe. Hæc
tamen intelligenda ſunt, ut non ſint obligata niſi pro parte
quam conduxit ille ſecundus conductor, ut d. §. ſolutã. & ibi
Doct. Stante ergo hoc, quærẽda eſt ratio differentiæ. Iaſ. hic
dicit, uideri eadem quæ in ſuperiori caſu, ſcilicet quæ addu-
cit̃ hic per gl. & ponit̃ in d. l. certi iuris. ſcilicet quod aut loca-
tor primus ſciuit, aut nõ. ſi ſciuit res inuectas à ſecũdo cõdu-
ctore, res tunc ſint obligatę. d. l. certi. et ita uult Bart. in d. §. ſo
lutam. Bart. uerò dicit in d. §. ſi colonus. quod aut res ſunt obli
gatæ ex conuentione ſecundo conductori, & tunc non tenea
tur primo locatori: aut non ſunt expreſſe obligatæ, & tunc ta
citè à lege obligent̃. Et ratio poteſt eſſe, quia cum cõuentum
fuerit de hypotheca inter contrahentes, prouiſio hominis fa- 28
cit ceſſare prouiſionem legis. l. fi. de pactis conuent. uel quia
cũ iam eas obligaſſet expreſſè, noluit lex alteri obligare. Mihi
placet circa d. §. ſi colonus, intellectus quem tenet Bart. in d.
§. ſolutam. ut dum ibi dicitur, res poſterioris conductoris do-
mino non obligantur, intelligatur, niſi dominus ſcierit. Hoc
probo per textum in d. l. eo iure. ubi dicitur, inuecta in fun-
dum urbanũ eſſe tacitè domino obligata. In ruſticis prædijs
cõntrà obſeruatur. Secundum ergo illum textum, neq; bona
primi cõductoris eſſent obligata. gl. tamen ibi ſupplet, niſi do
minus ſcierit, per d. l. certi. et ita communiter tenetur. Eſt ergo
conſtituenda regula, quod quemadmodum bona primi con-

ductoris inuecta sunt obligata, ita & secūdi, intelligēdo tamē & declarādo secundū d. l. certi. Aut interuenit sciētia, aut nō: et ita uidet esse de mēte Sali. in d. §. solutā. et in d §. si colonus.

29 In fine glo. nota, quod ita demum inuecta & illata in fundum uel rusticum, uel urbanum sunt obligata, si ut ibi essent perpetuò, illata sunt, ut l. debitor. & l. in prædijs. §. 1. Hoc idem uoluit glo. in l. item quia. ff. de pactis. & in l. si non inducta. C. in quib. cau. pign. taci. contrahatur. Aliud etiam requiritur secundū gl. in d. l. item quia. scilicet quod res inuectæ sint ipsius coloni uel inquilini. Itē aliud, scilicet quod inferens, uel inuehens sit talis, qui posset expressè obligare. Contra primum requisitū insurgit dominus Ias. secundū Nicolaū de Neapoli. & se resoluit. dic ut per eum. Idem Iason monet aliud obiectum de fructibus. dic etiam ut per eum. Ex his requisitis infertur ad plures quæstiones, ut per D. Iaso. Hic nos applicabimus quasq; quæstiones suis requisitis, procedendo conclusiuè, & dando uobis communes resolutiones, ne nimis in longum protrahamus hunc §. Ex

30 primo itaq; requisito infertur, quod si aliquæ res sint illatę nō ut ibi perpetuò sint, eas non esse obligatas. Et ideo infertur ad merces ut nales, quod non sint tacitè hypothecatę, quia nō fuerunt illatæ ut ibi perpetuò essent, sed ut uenderentur. Ita cōcludit Alexan. in l. si cōstante. in 3. quæstione 3 partis principalis, uersic. item in quantū. Bart. ff. solu. matrimonio. Item infertur ad instrumenta, quia hæc sunt inducta nō ut ibi sint perpetuò, sed donec debita exigantur. ita est communis sententia Dd. ut hic per Iaso. & Sali. in d. l. certi. in 4. quæstione. Item infertur ad pecuniam. & ratio est, quia pecunia non circumscribitur loco, l. si fideicommissi. §. tractatum. ff. de iudicijs. Et quia etiam non infertur ut ibi perpetuò sit, sed ut expēdatur. Ex secundo requisito infertur, quod res aliena illata nō obligabitur. Et ita uoluit glo. in d l. item quia. Ratio est, quia quemadmodū non ualeret expressa obligatio, l. rem alienam. ff. de pignora. actio. ita nec tacita. l. cum quid. ff. si cert. petatur. Et ideo in omnibus casibus, ubi ualeret expressa obligatio, in his constitueretur tacita per illationem, uel inuectionē. Fallit hæc illatio in duobus casibus. Primò, in re aliena inducta uel illata, in qua conductor haberet Publicianam, quia tali casu obligantur. l. si ab eo. ff. de pignori. & hoc uult Iaso. hic & Angelus, et dicit pro firmo tenendum. Secundò fallit, quādo dominus rei consensit rei illationi, uel inuectioni. Nam potest quis rem suam pro alio obligare. ita uult glo. in d. l. item quia. & l. alienam. ff. de pigno. actio. Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. matrimonio. num. 13. Ex tertio requisito infertur,

31 quod minor inferens res, eas nō supponeret obligationi. Ratio

tio est, quia illæ res non possent expressè obligari sine decreto, ut C. de præd. uel alijs rebus mino. alien. uel obligan. Ergo nec tacitè. & ita uoluit gl. in d. l. item quia. Communis tamen opinio est in contrarium, ut hic per Iasonem & Bald. in l. unica. C. de rei uxo. actione. §. & ut plenius. & Iason in l. si cõstante. in 3. quæstione 4. quæstionis principalis: qui dicunt opinionem contra illam gl. esse communem. Ratio est secundum eos. Nam licet non permittatur principaliter res minorum obligari, tamen in consequentiam actus permissi, admittitur tacita hypotheca legalis in bonis minoris, ut uidetur tenere gl. in l. fi. C. de legit. tuto. Sufficit ergo pupillum contraxisse cum auctoritate tutoris, ita quod actus præcedens permittatur. & ex his uidentur expedita ferè omnia dicta Iasonis conclusiuè.

Glosa in uerbo pignoris. linearis est, et exponit textum. neque uideatur tibi superflua hæc expositio, quoniã ex quo expressè, lex uult inducta per inquilinum & colonum esse obligata, uidebatur forte dicendũ, quod talis hypotheca esset expressa, tamen non est uerum. quia inspicitur ad hoc ut sit expressa an ipsæ partes expressæ, & specialiter uerbis conuenerint. Aliàs est tacita. quod probari potest per l. 2. C. in quibus caus. pign. tacitè contraha. & l. 3. eo. tit. & l. licet. ff. eo. tit. et per rub. ff. & C. in quibus caus. pign. tacitè contraha. Et hic adde quæ posui suprà in euidentialibus, in 4. pignore legali. Admonet ergo nos hæc glossella, quod pignus de quo in textu nostro, est tacitum. Hinc sumpta occasione D. Iason declarat satis utiliter, quotuplex sit hypotheca. Et primò dicit, quod est hypotheca expressa: & ista est, quando partes expressæ cõueniunt in contractu, uel postea. Alia est tacita, quæ inducitur à lege: & hoc intellige, ut proximè dixi. Rursus hypotheca tacita est duplex. alia quę inducitur à lege sine facto hominis, respiciente ipsam hypothecã, id est rem ipsam hypothecatam, ut in exemplis hic per eum positis. alia quæ etiam ipsa inducitur à lege, interueniente tantum facto hominis circa ipsam hypothecã, id est rem hypothecatam: & de hac loquitur hic tex. & l. certi. C. locati. Moderni Hispani repræhendũt D. Iaso. & dicunt hanc differentiam non probari iure, neque etiam esse ueram: quod ostendunt ipsi exemplis Iasonis. Volunt enim, quod nulla sit tacita hypotheca, in qua non interueniat factum hominis. Cape aliquos contrahere matrimoniũ, ita demum sunt bona tacitè obligata inuicem si constituatur dos, & promittatur, uel si tradatur respectu bonorum mariti. requiritur ergo factum hominis, cum contractus sint quid facti. l. consilio. in fi. ff. de curato. furiosi. Et sic quocunque te uertas, semper interuenit factum hominis, Non tamen propter 31

hæc est recedendū à dictis Iasonis, qui bene fuit locutus. Non enim ignorauit ipse, in quacunq; hypotheca tacita interueniente factum hominis, eo modo quo isti uolunt: quia aliàs esset fundare hypothecam super non ente. Opus enim est quod aliquid præcedat, ex quo substineatur hypotheca. l. fideiussor, in princ. ff. de fideiussori. Sed considerat factum hominis circa ipsam hypothecam inducendam. et ipse optime sensit obiectum quod isti faciunt: & ideo dixit, sine facto hominis intellige sanè, &c. Nam uoluit dicere: benè interuenit factum hominis in omni casu. Sed ego loquor de facto respiciēte ipsam hypothecam inducendam. Et quod sit differentia, demonstro manifestè. Pone aliquos contraxisse matrimoniū. mulier promisit dotem uiro, eius bona sunt tacitè obligata. l. unica. §. et ut plenius. C. de rei uxor. actio. Et idē si maritus recepit dotē in restitutione, eius bona sunt obligata. d. §. & ut plenius. Item pone: conduxi domum, fruor & utor illa domo, nunquid bona mea sunt obligata pro pensione? certè non nisi interueniat factum meum circa hypothecam, scilicet quod inferam uel inducam res, d. l. certi. & l. si non inducta. C. in quib. caus. pign. tacite contrah. & eo animo inducam, ut ibi perpetuò sint. l. in prædijs. §. 1. ff. in quib. caus. pign. tacitè contrah. Apparet ergo manifestè differentia, quod in alijs casibus ex solo contractu causatur hypotheca: at in his secus, nisi interueniat factum hominis circa ipsam hypothecā. & hoc est quod uoluit D. Ias. Non obstat quod hoc iure non probatur, quia dico dominum Iaso. magistraliter fuisse locutum, ut multoties faciunt Dd. qui utuntur terminis nescio quibus magistraliter loquendo, qui tamen non reperiuntur in iure: puta appellant mutuum naturale & ciuile, & tamen iura non faciunt mentionem de his nominibus. & possent poni in hoc multa exempla. Subijcit præterea D. Iaso. esse differentiā inter hypothecam tacitam & expressam, eam scilicet tacitam quæ causatur ex facto hominis respicientem hypothecam. Nam si alienetur res expresse obligata, transit cum onere hypothecæ. l. si debitor. C. de distract. pign. Et tamen si alienentur inuecta et illata, transeūt sine onere, l. est differētia. ff. in quib. caus. pig. taci. contraha. ubi habetur, quod potest quis seruos inductos et inhabitantes manumittere. Idem probatur in l. licet. eo. tit. Intelligendum est autem, ut manumittat & alienet de iure, ita quod ius hypothecæ non sequatur rem. aliàs etiam expresse obligata de facto alienantur: intelligendo tamen ante factam inclusionem, d. l. est differentia. Hoc idem repetijt idem Iaso. in l. item quia. in 1. col. ff. de pactis. Et utrobiq; dicit duram uideri sibi hanc differentiam, quia inanis esset hæc hypotheca inducta per legem, si possent inuecta & illata ante inclusionē

alienari

alienari sine onere. propterea ipse tenet cum Martino Laudens. hanc differentiam non esse ueram. & respondet ad d. l. est differentia: quod ibi est speciale fauore libertatis. Sed hæc responsio non quadrat: quia si esset fauore libertatis, hoc procederet etiam post inclusionē. Præterea pone, quod ius rerū inductarum consisteret in seruis, hoc esset in præiudicium locatoris. & tamen nunquam fauor libertatis præponderat iuri creditoris, ut suprà, qui manu. non possunt. §. 1. ubi uix receptum est, seruum hæredem necessarium habere in fraudē creditorum. Hæc ergo materia est aliter explananda. Et ideo pro intelligentia textus in d. l. est differentia. & aliorum quæ infrà subijciam, sciendum est quod hypotheca quæ inducitur à lege circa res inductas & illatas, est generalis, quia non exprimuntur præcise tales res, sed generaliter quę inuehuntur, inducuntur, &c. ut in simili dicimus in expressa, quando fit hoc modo, bona quæ habeo, quæq; habiturus sum. l. 3. C. de seruo pign. dato. Item sciendum est, quod si generalis sit hypotheca, serui non prohibentur manumitti, & hoc fauore libertatis: secus, si sit specialis. d. l. 3. nisi in fraudem creditoris fiat. nam tunc etiam generalis hypotheca prohibet manumissionem. ut d. tit. l. 2. Item sciendum est aliud, quod post factam inclusionem rerum inductarum, perinde est ac si res essent specialiter obligatę, quod restringit hypothecam ad res inclusas. His sic præmissis, dico sic, quod nec obligata expresse, nec tacitè, quocunq; modo transeunt sine onere. d. l. si debitor. Et quia par est uirtus taciti & expressi. l. cum quid. ff. si certū petatur. non obstat l. est differentia. quia dico illum text. constituere differentiam inter specialem hypothecam & tacitam generalem. Dicit enim, quod mancipia obligata ex manifesta conuentione, scilicet expressim, & in specie non manumittimus, sed inhabitantes manumittimus, scilicet qui generaliter sunt tacite obligati: quod uerum est, ut d. l. 3. iuncta l. licet. ff. in quib. caus. pig. tacit. cōtrah. Si tamen fiat inclusio, quia tunc habentur pro specialiter obligatis, non possunt manumitti. Solet enim specialis hypotheca magis rem afficere, q̄ generalis, ut per gl. xxiij. dist. c. quanquam. in uerbo plus, & Bart. in l. rem legatam. ff. de adim. leg. nu. 10. qui allegat d. l. est differētia. Nec obstat, quod stante etiam hac declaratione ad d. l. est differentia resultat quod adhuc illa hypotheca reddetur inanis: quia procedit manumissio, & sic fraudabitur locator. quia respondeo, non permitti adeò manumitti seruos, ut manumissio procedat in fraudem creditorum, ut d. l. 2. C. de seruo. pig. dato. Quando autem serui sunt expresse obligati, & specialiter, tunc non permittitur manumissio, etiam quod non fraudentur creditores: quia ut dixi, magis afficit

rem specialis quàm generalis hypotheca. Arguit ergo IurisC cōsultus in illa l. est differentia. à speciali hypotheca expressa, ad generalem tacitam, quo casu est differentia. Nam etiam est differentia inter expressam generalem, & expressam speciale̅, ut d. l. 3. sed positis terminis paribus, quod ambæ sint generales, non erit differentia quoad manumissionem, d. l. 3. iuncta d. l. licet. Non est ergo tacitum & expressum, quod constituat differentiam, sed generale & speciale. Et d. l. est differe̅tia, declaratur per d. l. licet. Et hic intellectus ad l. est differentia. fuit Fortu. in d. l. item quia. de pactis. quem sibi ascribunt

36 hic Moder. Hispa. tacito autore. Aliam differentiā addit Iaso. inter hypothecam tacitam inductam à l. mediante facto hominis, & expressam. Nam in tali hypotheca tacita potest locator, si inquilinus non soluat, includere inuecta & illata, & ea propria auctoritate retinere. Neque incidit in l. extat. ff. quod me. causa: sed in expressa, si quis propria auctoritate occuparet, incideret in illā l. extat. ut l. penul. C. de pig actio. Hic est aduertendum pro intelligentia dictorum per Iaso. aut D. Ias. uoluit constituere differentiam inter tacitam hypothecam inductam facto hominis, & expressam, hac ratione, quia in tali tacita liceat includere bona inuecta, quod nō licet in expressa. & tunc eius differentia non est uera, quia non resultat ex tacito et expresso, sed ex differentia quę est inter res illatas in domū conductā, et alias hypothecas. Et quare in reb. illatis in domum conductam hoc admittatur, est, quia penes se habere uidetur dominus illas res, cum in domo sua habeat: ut declarat Bald. in l. penul. C. de pigno. actio. Pone quod conductor expresse obligauit inuecta & illata: certe licebit includere, & tamen hæc hypotheca erit expressa. E cōuerso pone, quod si fiscus contrahat non ex causa locationis cum alio, bona contrahentis erunt fisco tacitè obligata. l. ij. C. in quibus cauf. pig. ta. ci. contraha. & tamen non licebit includere, & tunc est hypotheca tacita. Aut considerauit differentiā inter tacitam hanc hypothecam, & expressam: quia in hac tacita post inclusionē potest retinere locator pignus auctoritate propria, quod non licet in expressa. Et tunc etiam non est uera differentia: quia hoc etiam procederet, si conductor expresse obligaret inducta & illata, ut suprà ostendi. Præterea D. Iaso. non bene argueret, quia ponit terminos dispares. Loquitur enim in tacita hac hypotheca post factam inclusionem. Quo casu locator possidet, ut per Bart. in l. solutam. §. solutum. & hic per Iaso. Sed in expressa non præsupponit quod possideat. Ponamus

37 ergo terminos pares, scilicet quod in hypotheca expressa peruenerit res ad manus creditoris sine uitio. Certe poterit illam retinere, neque incidet in l. extat. ff. quod met. cauf. ut per Bald.

Bald. in d. l. penul. C. de pigno. actione. & Paul. de Cast. in l. inquilino. in fi. ff. de damno infec. Et sic apparet datis terminis paribus, nullam quoad hoc esse differentiã. Considerabam aliam differentiã assignari posse non inter tacitam hanc, & expressam hypothecam, quia nulla differentia est, ut suprà ostendi, quantum sit ex ui expressi & taciti, sed inter rerum illatarum hypothecã, & alias hypothecas: scilicet quod in hypotheca rerum illatarum hoc habet creditor, quod potest auctoritate sua percludere illas res, & retinere, ut uult Paul. de Castro in d. l. inquilino. & Angel. hic, uers. quæro si pensio. Nec puto differre perclusionẽ à retentione, scilicet quod per retentionem percludantur, ut uidetur uelle textus in d. l. est differentia. dum dicit, pensionis nomine percludantur. Postea infrà sequitur, pignoris nomine retenta mancipia. dum enim percludũtur, retinentur, & econuerso. Sed in alia hypotheca non est sic. Opus enim est agere hypothecaria, et obligatas res cõsequi mediante iudice. d. l. penul. C. de pigno. actio. nec suprà dictis obstat l. cum duplum horreorũ. ff. locati. per quam legem Angelus, ut refert & sequitur D. Iason, uidetur ostendere quomodo fiat inclusio, & sic uidetur præsupponere quod fiat facto iudicis per publicum instrumentum, ut in il la l. cum domini. Deinde liceat postea locatori retinere, quia dico quod illa lex non loquitur de inclusione, de qua nos agimus: sed cũ cõductor abest per bienniũ, et nõ soluit, et locator uult reducere ad se horrea, ut possit ea locare ad apertionẽ horreorũ & descriptionẽ eorũ quæ ibi sunt, adhibenr publicę personę. et iudicis auctoritate hoc fit. Et illa descriptio ideo fit, ut ibi uult Paul. ne possit cõqueri ille rediẽs aliqua sibi esse substracta, nõ aũt ut retineat nomine pignoris. Facit etiã d. l. inquilino. cũ l. sequẽti: ubi simpliciter dicit iusta retentio pignoris, neq; aliquod uerbũ de pręclusione. Existimo itaq; ut dixi, quod per retẽtionẽ percludant, et per perclusionẽ retineant. 38
Et ita uidet uelle Salic. in l. certi, nu. 8. uers. v. Forte tamẽ fit instrumentũ de reb. quæ in domo sunt, sed nõ auctoritate iudicis: ut per Paul. ubi suprà. Ratio aũt differẽtię ponit per Bald. in d. l penu. et Salic. et Paul. in d. l. inquilino: quia ex quo sunt illę res in domo ipsius creditoris, uidet potius ius suũ cõseruare, quàm aliquid nouũ occupare. Præterea, quoties res obligata peruenit ad manus creditoris, licite potest retineri, ut ibidem per eos. et dixi suprà in gl. super uerbo quis. Cũ ergo hæ res sint in domo creditoris, existimat lex ad manus ipsius peruenisse, licet re uera ante quàm retineantur à creditore, possideantur ab inquilino: ut per Paulum in d. l. inquilino.

Glossa in uerbo Quasi Seruiana, diuidit in 3. partes, ut per Ias. In prima parte uult, quod hæc dictio Quasi, adijciatur Ser

uianæ,quę competit pro alijs rebus quàm coloni: ad differentiam Seruianæ,quæ cōpetit pro rebus coloni. Dic quod prętor introduxit à principio Seruianam in rebus coloni inuectis & illatis,& ita in rebus mobilibus: deinde ad eius similitudinem introduxit aliam actionem.l.1. C. de precario. contra alias res aliorum obligatas, siue mobiles, siue immobiles: quæ etiam appellabatur Seruiana, ab ipso Seruio prætore, ut statim dicam. Sed quia egrediebatur fines Seruianæ primo loco introductæ,quæ solum competebat pro rebus mobilibus & coloni, addita est illa uox Quasi, quæ est nota improprietatis regulariter, ut notat̃ in l. 1. ff. de transact. quasi dicat,quod Seruiana impropriatur,cum datur contra alias res quàm inquilini,uel coloni, habito respectu ad id super quo à principio fuit introducta. Verum D. Iason dicit, Nicolaum de Nea
39 poli uelle, quod addatur illa dictio Quasi: quia minus plena est Seruiana quæ competit contra alios quosque creditores, quàm ea quæ competit contra colonum,ut hic per eum. Ipse tamen ab hoc recedit, & tenet glosam. Sed ultra eum dicta Nicolai non procedunt: quia quando fit inclusio, sua auctoritate retinet locator,neq; tunc intentatur Seruiana. Teneas ergo quod suprà dixi. Licet sit hoc modici effectus, potest tamē conferre ad id quod dixi suprà in 2. notab. Nota ex secūda parte, Seruianam & quasi esse dictas à seruādo, quia per eas conseruatur ius nostrum. Si enim obligasti res tuas pro credito, quod tecum habeo per hanc Seruianam, uel quasi, auoco possessionem illarum rerum apud me. l. si cum uenditor. ff. de euict. Vnde succedet illud, quod melius est incumbere rei, quàm personæ. §. furti. suprà de oblig. quæ ex delic. nasc. ut hic per Fabr. & Iaso. Moderni Hispani reprehendunt hoc, & dicunt quod dum Fabr. & Iaso. uolunt Seruianam dictam à seruando, quia melius sit incumbere rei quàm personæ. §. furti. &c. non bene dicere: quia hæc ratio procederet, quoties traditione esset constituta hypotheca, uel pignus. Nam tunc sequeretur, melius esse incumbere, &c. Sed quando sola conuentione constituitur, non militat illud quod melius sit rei incumbere, quàm personę. Hæc sunt inania. Mens enim Fabri & Iaso. est dicere, ut suprà dixi, quod per Seruianam & quasi auocant̃ res obligatæ, quæ possidentur à creditore, donec sibi satisfiat: & hoc modo succedit id quod melius est incumbere rei. Præterea cum traditione subnixa est hypotheca, et sic creditor apud se habet rē, quid seruat Seruiana? certe nihil. nam habet locum, quando creditor nō possidet ut auocet possessionē. Probatur hæc declaratio per tex. quem ipsi allegant in d. §. furti. ubi dicitur, quod si creditori subtracta sit res pignorata, creditor agit furti: ratio, quia expedit magis pignori incumbe-

incumbere, quàm in personam agere. Sed quo modo procedet illa ratio? Certè hoc modo, quod per actionem furti, id est condictionem furtiuam, auocet creditor rem: et tunc sequitur ratio, quod magis expedit, &c. Ex eo enim solum quod habeat creditor rationem, nō sequitur illa ratio, magis expedit, ut considerabant isti Moderni. Et ex hac glo. inferebat Iason, 40
quod Saluianum interdictum etiam dictum esset à saluando. Ego uero non credo ueram neq; expositionem glo. neq; Iaso. sed puto Seruianam dictam à Seruio prætore, ut Publiciana à Publicio: ut etiam uult Io. de Plate. eo quod primus Seruius eā proposuerit. Nam attēta hac expositione glosæ, multę aliæ actiones debuissent appellari Seruianæ, utputà negatoria & confessoria: per quas actiones ius nostrum, scilicet seruitutē uel libertatem seruamus. §. æquè. suprà eo. Et Saluianum dictū fuit à Saluio, ut uult Salic. in rub. C. de precario. Aliàs omnia interdicta Saluiana possent appellari: quia ex his sequitur illud, melius esse incumbere rei, quàm personæ. l. is qui destinauit. ff. de rei uendic. In ea in 3. parte, pro intelligentia huius partis declara, quid sit Saluianum interdictum, ut per Bart. in l. 1. ff. de Saluia. interd. Et quare unum dicatur directum, aliud utile, uide l. curatoris. & ibi Docto. C. de nego. gest. Quærit modo gl. cum ad idem competere uideatur Seruiana, & Saluianum interdictum, quomodo differant? Pro declaratione glosę reassumo in dubium, quid uoluerit dicere glo. cum dixit, quod ad idem competere uidentur. Debetis scire, per Seruianam actionem solum reuocari possessionē rei, quam retinemus, donec satisfactum sit, ut l. si cum uenditor. ff. de euictio. hoc idem fit per interdictum Saluianum. Glo. ergo dixit, cum ad idem competant, scilicet ad auocandā possessionem: uel potest dici, quod ad idem cōpetunt, scilicet cōtra res coloni, ut hic, & d. §. interdictum. Quæ est inter ea differentia? nam unum uidebatur superfluū. & ipsa subiungit unam differentiam, &c. Doct. maximè Iason hic multa diffundit: quæ si uellemus discutere, nimis teneret nos hic §. Ideo imitabor Modernos, & conclusiuè procedam. Sciendum itaq; est, quod licet Seruiana & Saluianum interdictum competant utrunq; ad auocandam possessionem, tamen differūt inter se in natura & in modo probandi. Primò differunt natura, quia Seruiana est iudicium petitorium, & Saluianum interdictum possessorium, ut uult gl. in l. 1. C. de preca. & Salui. interdict. Nec obstat, quod Seruiana auocat possessionē, 41
ergo deberet dici iudicium possessoriū: quia respondet Bart. in l. 1. ff. de Salui. interd. quod rei uendicatio etiā ipsa auocat possessionem, uel nudam retentationem. l. officium. ff. de rei uendic. tamen dicitur petitoriū, quia opus est probare de do-

minio. d. l. officium. & sic iure dominij uendicatur illa possessio, uel detentatio: sic Seruiana, cum per eam auocetur possessio ratione iuris hypothecę, quod habet agens in re de quo iure debet constare & probari, dicitur petitorium. In Saluiano autem interdicto non auocaẽ possessio respectu iuris, quod agens habeat in re, neq; de illo debet constare, sed sufficit tempore quo quis obligauit, tunc possedisse: & dicitur quasi constitutum pignus super ipsa possessione. ut in simili dicimus in eo qui habet titulum à bonæ fidei emptore, qui nondum usuceperat: iste non potest fundare intentionem suam super dominio, sed quasi: ex quo causatur Publiciana. §. sed iste. suprà eo. Verum dominus Iaso. licet hoc à Docto. communiter reci piatur, tamen ipse dubitat, infrà eo. num. 96. Dic defendendo communia, aliud esse probare ius hypothecæ, aliud proba re hypothecam. Primo casu quis tenetur probare rem fuisse in bonis debitoris tempore contractæ hypothecæ. l. cum res. C. quæ res pig. oblig. possint. & eo respectu iudicium est peti torium, quia in eo de iure hypothecæ agitur. Secundo casu quis tenetur probare tantum, quod debitor tempore cõstitutæ hypothecæ erat in possessione: & tunc quia de sola possessione agitur, iudicium dicitur possessorium. Ex hoc quod hy-

42 pothecaria sit iudicium petitorium, & Saluianum interdictũ possessorium, infertur, an à sententia super his lata possit appellari: quia de iure ciuili à sententia lata super possessorio non appellatur regulariter. Et de hoc uidendum est per Bart. in l. 1. C. de Saluia. interd. & ibi per Doct. et Salice. in l. unica. col. fi. vi. quæst. C. si de momenta. possess. fuerit appella. Et Corneum conf. 190. 1. uolu. Fallit tamen in aliquibus casibus no. per Ias. in d. l. 1. C. de bo. possess. secun. tabu. Item fallit de iure canonico, ut per Salic. in d. l. unica. col. pen. & Abb. in c. cum ad sedẽ. de restitu. spolia. Deci. conf. 23. col. 4. quia à sententia lata super mero possessorio, potest appellari: ut ibi per eos. In modo probandi differunt, quia, ut hic uult glo. in interdicto Saluiano sufficit solum probare de possessione: id est, quod debitor tempore quo obligauit, rem possidebat: neque opus est probare aliquod ius constitutum in ipsa re, ut etiam suprà dixi, sed in hypothecaria opus est probare ius in ipsa re cõstitutum esse, & ita rem in bonis debitoris fuisse tempore obligationis. Et quia in hoc glossæ fuerunt uariæ, ut hic per Dynum, & alios Docto. ideo capias causa breuitatis has conclusiones. Aut agitur contra debitorem hypothecaria, aut contra tertium habentem causam à debitore. Aut contra tertium extraneũ, nullam habens causam à debitore. Primo ca-

43 su, aut hypotheca fuit specialis, aut generalis: si specialis, suffi cit probare possessionem ipsius debitoris, tempore obligationis.

nis.tex.est in l.si inter.§.1.ff.de pigno.modo allegetur, & deducatur debitorem fuisse dominũ, uel rem in bonis habuisse. Ratio primi dicti est, quia debitor nõ potest refricare quęstionem dominij creditori, & dicere, ego non eram dominus tempore obligationis, quia replicaret creditor de dolo, et eum conuinceret de mendacio, ut d.§.1.& l.rem alienam.ff.de pigno.actio. Ratio secundi dicti est, quia si allegatum fuerit dominium, modo probetur possessio, lex præsumit ratione possessionis dominum fuisse debitorem. Et præsumptio non requirit probationem, sed sufficit eam allegare. l. si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff.de adult.& ibi Bart. Dum tamen est dictum sufficere probare possessionem, est intelligendum cum bona fide, quia tunc præsumit̃ ut suam possedisse, ut d.§.1.& Salice.in l. cum res.C.si alie.res pign.da.sit. col. v. Est etiam aduertendum, quod cum hypothecaria sit actio realis, l.pignoris.ff.de pignorib. necesse esse probare, quod etiã tempore moti iudicij reus possidebat, cum ex parte conuenti in rei uendicatione requiratur possessio.§.omniũ.suprà eod. l.1.C.ubi in rem actio. Ita in specie uult Paul.de Castro in d. l.rem alienam.in penul.colum.et facit l.si fundus.§.in uendicatione.ff.de pigno. Si hypotheca sit generalis, sufficit probare saltem post contractam hypothecam, debitorem possedisse, ut d.l.& quæ nondum sunt.§.1.& præsumptio erit contra debitorem, quod ex quo possidet, præsumatur dominus per l.2.C.ubi in rem actio. Hoc tamen casu poterit debitor, si super una re conueniatur, refricare quæstionem dominij, & dicere rem esse alterius quem nominauerit, & illud probare, & 44
quod nomine alterius fructus colligit. Ratio huius decisionis est, quia hoc casu debitor non conuincitur de mendacio, et sic cessat ratio d.l.si inter.§.1.& l.rem alienam.in fi.ff.de pigno. actio. Possunt enim hæc uerificari, quod debitor generaliter obligauerit omnia bona sua, & tamen res ad quam in specie agitur, nec sit, nec fuerit debitoris. ita uult hic Ang. et Salic.in d.l.cum res.in v.col.& in d.l.rem alienam.col.penul. Secũdo casu, quando agitur contra tertium possessorem habentẽ causam à debitore, aliqui uoluerunt esse distinguendũ. Aut hic tertius possessor habet causam onerosam à debitore, & tunc non sufficiat probare de possessione, sed opus sit probare dominiũ, uel quasi. Ratio est, quia hic tertius possessor potest referre quæstionẽ dominij, id est auctorem suum nõ fuisse dominum: nec poterit sibi replicari de dolo. d.l.si inter.§.1. quia dolus auctoris non nocet singulari successori habenti causam onerosam. l. apud Celsum.§. de auctoris.ff.de doli excep. Aut tertius possessor habet causam lucratiuã, et tunc sufficiat probare de possessione eo modo quo dictum est su-

prà in debitore. Ratio est, quia si hoc casu possessor referret quæstionē dominij, replicaretur de dolo: quemadmodum si ageretur contra ipsum debitorem. quia dolus auctoris nocet habenti causam lucratiuam ab eo. d. §. de auctoris. hæc Cyn. & Bart. in l. cum res. C. si aliena res pigno. data sit. Idem tamē Bart. in l. rem alienam. ff. de pign. acti. tenuit, quod indistinctè, siue possessor habeat causam onerosam, siue lucratiuam agens hypothecaria, debeat probare de dominio, uel quasi debitoris. & respōdet ad d. §. de auctoris. quod loquit in agente, non in possidente. Hæc opinio Bart. est communis, et eam tenet hic Angelus, quam dicit seruari in practica. eam etiam tenuit Ange. in l. 1 ff. de public. super gl. in uerbo A' non domino. & eam tenuerunt plures consulendo, ut hic per Moder. Hispa. Et potes etiam addere Alex. cōs. 115. uiso processu 6. uol. in fi. & cons. 43. uisis et pōderatis in 2. col. uers. præterea ad probandum. iiij. uol. & in consil. 185. in causa appellationis. ij. col. uers. nec etiam dict. v. uolu. Ratio huius com-
45 munis conclusionis, ut per Ang. hic, quia qui agit hypothecaria, prætendit solum ius in re quod non tribuit titulum habilem ad acquisitionem dominij, uel conditionem usucapiendi, sed ex eo solum quis auocat possessionē: l. si cum uenditor. ff. de euict. Sed ille tertius possessor habet titulū & possessionem rei, unde habet pinguiora iura, & ita debet præferri iuxta l. si autem. §. si duobus. & quæ ibi not. ff. de public. & l. quoties. C. de rei uendic. Salic. uero in d. l. cum res. & d. l. rē alienam, tenet cum Bart. quatenus facit mentionem de habēte causam lucratiuam, uel non. & ita loquitur indistinctè: sed discrepat in decisione. Dicit enim, sufficere probare possessionem debitoris cum bona fide. Et quod non probetur titulus, ratio ponitur hic simpliciter per Angelum. quę ratio non obstat: quia non est uerum, quod habens titulum uel causam ab alio, fateatur propter hoc ipsum esse dominum. imò contrariū est uerius, ut per Alex. d. consf. 43. & consf. 185. limit. Tamen est communis conclusio, ut non procedat, quoties apparet debitorem alienasse in fraudem creditoris, ut per Baldum in rub. C. quæ in fraud. credit. Et sequuntur Dd. hic. Item habet locum in speciali hypotheca, nō in generali, quia sufficit in generali probare rem fuisse in bonis debitoris, etiam post
46 contractam hypothecam. ut d. l. si inter. §. 1. Tertio casu, quando agitur cōtra tertium possessorem, non habentem aliquam causam à debitore: tunc communis est cōclusio Doct. in d. l. rem alienam. & d. l. cum res. Et hic quod creditor debeat probare de dominio, uel quasi debitoris, quia posset ille possessor dicere debitorem non fuisse dominum, neq; posset redargui de dolo, Cum enim hypothecaria non tribuat titu-

lum

sum, ut suprà dixi, si uult agere creditor, & fundare intentionem suam, opus est quod nitaĩ titulo, et iure ipsius debitoris. Bene uerum est, quod si debitor posset aliquo modo auocare possessionem ab ipso possessore, quod idem remedium competeret etiam creditori contra ipsum possessorem. de quo dic ut per Iaso. qui clarè loquitur. His sic explicitis, quæ communia sunt, & uera, D. Iason est in aliquibus opinionibus, quas dicit esse nouas. & in effectu sunt nouæ, quia non procedunt de iure. Primò dicit, licet Doctores communiter pertranseant cum glo. nostra, quod in interdicto Saluiano sufficiat probare possessionem: istud procedit, quando agitur contra conductorem uel hæredem eius, et ita in interdicto directo. l. 1. C. de preca. Secus in interdicto utili, quando agitur contra tertium possessorem. l. 1. ff. de Saluia. Nam tunc, ut diximus, etiam in hypothecaria opus est probare de possessione cum bona fide & titulo, quia hic tertius possessor posset referre quæstionem dominij. & sic uult in effectu Iason, quod nulla differentia sit in probando inter Saluianum interdictum, & Seruianam actionem. Et dicit, quod cogitemus an uera sint, quia nemo dixit hoc præter se. Ego cogitaui, & mihi uidetur quod hæc nõ sint uera. Et censeo esse tenendam opinionem glosæ, quod quomodocunq; agatur interdicto, sufficiat probare de possessione. Quia, ut in principio dixi, uidetur quodammodo quasi ius pignoris habere hic creditor super possessione. Nec obstat quod possit possessor referre quæstionem dominij, quia hoc non est uerum. Licet enim quando agitur hypothecaria, possit deducere possessor exceptiones quæ respiciunt ius hypothecæ, quia est iudicium petitorium: nõ est sic quando agitur interdicto possessorio, quia tunc tales exceptiones deduci non possunt, saltem si requirunt altiorem indaginem. l. fi. C. quorũ bono. l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. Et istud uult Salice. in l. 1. C. de precario. Dubitat etiam Iason, an hypothecaria sit inutilis, cum secundum eum nihil plus sit in ea, quàm in interdicto Saluiano. imò tenendo cõmunia, in interdicto Saluiano quum faciliores requiranĩ probationes, ut suprà uisum est. de hoc dic ut per eum, & suis dictis facilè est addere.

Glosa super uerbo Nihil, diuidiĩ in duas partes, prout tacite uidetur formare duas oppositiones ad textum. Secunda ibi, imò. Dicitur in textu, quantum ad hoc ut competat hypothecaria, nihil interesse inter pignus & hypothecam. Contrà de l. res hypothec. §. item pignus. ubi differunt nomine & sono uocis, Glo. fatetur cõtrarium. sed textus non habuit respectum ad uocem, ut infrà dicam. Item contrà, quod imò sit differentia quantum ad actionem hypothecariam inter pignus & hypothecam, quia in pignore non potest præscribi hypo- 47

thecaria contra creditorem, quia ipse possidet, & sine possessione præscriptio non procedit. l. fine. ff. de usucap. sed in hypotheca cum res sit apud debitorem, uel alium tertium, potest hypothecariæ præscribi iuribus hic allegatis. Cum enim hypotheca constituatur sine traditione, qui possidet potest contra creditorem præscribere. Glo. non soluit hoc contrarium. Dicendum est secundũ Dyn. quem refert & sequitur Iason, textum nostrum bene loqui. Vult enim quod siue sit cõstitutum pignus per traditionem, quod si cadat creditor à possessione, habeat hypothecariã idem sine traditione: quo quidẽ casu hypotheca dicitur. Similiter contra possessores detur hypothecaria, non obstat quod uno casu præscribatur, alio nõ, quia istud est per accidens, quia diuersificatur qualitas, quod quidem non immutat substantiam ipsius actionis hypothecariæ. Est etiam aduertendum, quia Io. Fabri pungit unum uerbum, quod est maximè de substantia. Dicit enim, dum gl. nostra uult habenti pignus non currere præscriptionem, quia possidet, esse intelligendum de pignore impropriè, scilicet rei immobilis: aliàs gl. non procederet. Et ita quando res mobilis hypothecata tradita fuit, quo casu dicitur pignus, sed impropriè, ut hic, uers. sed in alijs. Motus ad hoc fuit dicendum Io. Fab. optima ratione. Nam si intelligeremus glo. in pignore proprio, scilicet rei mobilis, tunc non procederet præscriptio, etiam quod alius non creditor possideret: ratio est, quia in re-
48 bus mobilibus procedit usucapio, ut suprà de usucap. in principio. Et usucapione ius pignoris, id est hypothecaria non tollitur. l. usucapio. C. de pigno. quæ ita communiter intelligĩt per Doct. ex quo apparet esse differentiam inter præscriptionem, & usucapionem: quia præscriptione tollitur hypothecaria, & tamen usucapione non. Ratio assignatur per glo. in d. l. usucapio. & in l. 1. C. si aduer. credito. quę melius deducitur, & declaratur per Bart. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pigno. Nã in præscriptione interuenit tempus sufficiens ad tollendã hypothecariam, per quod paratur exceptio contra creditorem, iuxta no. in autent. nisi briconnale. C. de bo. mater. Non autem acquiritur dominium, sed in usucapione acquiritur dominium triennio, quod tempus triennij non sufficit ad præscribendam actionem. Nec obstat quod acquiratur dominiũ, quia dominium est quid separatum à iure pignoris. d. §. cum prædium. Alias etiam rationes uide per Salice. in d. l. 1. si aduers. credito. Sed quare in re mobili non ita fuit statutum, ut triennio tolleretur hypothecaria, quemadmodũ in re immobili per decenniũ. Dic ut per Bart. in d. §. cum prædium. quia sic placuit legislatori. Nota ex glo. quando est constituta hypotheca per traditionem, quæ propriè appellatur pignus

quod

quod non currit præscriptio. ratio est, quia creditor possidet. Circa hoc, nunquid tradita re pignorata creditor possideat, Moderni plura dicunt. Hæc non est proprie materia nostra. Distinguatis uos, ut per glo. in l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx. uel xxxx. anno. super uerbo Constitu. Aut quærimus de prætorio pignore: & creditor missus in possessionē, 50
non possidet neq; ciuiliter, neq; naturaliter, sed detinet tantū. l. 3. §. fi. ff. de acqui. possess. aut de pignore conuentionali: & tunc dic breuiter, quod in his quæ respiciunt dominium, uel ius dominij, debitor possidet. l. 1. §. per seruum. ff. de acquir. possess. Et ideo debitor ipse usucapit, nō creditor. d. §. per seruum. & l. pignori. ff. de usucap. Quo uero ad alia omnia possidet creditor ciuiliter et naturaliter, ut not. d. l. cum notissimi. & hoc est quod dixit gl. nostra, quod non præscribitur cōtra creditorem, cui traditum est pignus: quia ipse creditor possidet, non debitor. Et præscriptio sine possessione non procedit. l. fine. de reg. iur. in 6. Vltimo not. ex hac gl. quod præscribit actioni hypothecariæ aliquando x. aliquando xx. annis. Et aduerte quia gl. uoluit cōstituere differentiā inter pignus, scilicet quando res traditur: & inter hypothecam, quando sola conuentione res obligatur sine traditione. Circa hoc ultimum dicas, aut res obligata possidetur per tertium bona fide, & cum titulo: & tunc præscribitur iuri hypothecæ inter præsentes x. annis, inter absentes xx. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. Aut possidetur per tertiū mala fide, uel sine titulo. & non præscribitur nisi spacio xxx. annorum. l. sicut. in principio, & l. cum notissimi. in princi. C. de præscript. xxx. uel xxxx. annorum. & sufficit quod alterum deficiat. Aut possidetur per debitorē, uel hæredem eius, et tunc requiritur spacium xxxx. annorū. d. l. cum notissimi. in prin. & §. 1. Si uero tertius possessor etiam ipse est creditor, et ita secundus creditor uult præscribere contra primum, & tunc aut debitore uiuo, & requirū tur xxxx. anni. aut debitore mortuo, & tunc si uult incipere præscribere post mortem debitoris, requiruntur xxx. anni: si uero uult cōiungere tempus quo possedit uiuo debitore, cum eo quo possedit post mortē, requiruntur 40. anni. ut d. l. cum notissimi. §. sed cum illud. Sed quia suprà dictum est requiri 30. annos, quando possessor est malæ fidei: quæro quomodo 51
dicatur esse malefidei. Dic breuiter, quando ille tertius possessor scit rem esse alteri obligatam. nam sufficit eum esse malæ fidei in eo de quo quæritur. Licet ergo existimaret rem esse alienantis, tamen ex quo scit alteri obligatam, est malæ fidei, ita uult gl. in d. l. sicut. super uerb. possidente. & ibi Salic. in 4. oppositione. Sed iuxta prædicta dubitat hic Fabri & Iason, cum hodie mala fides auctoris noceat singulari successori, nō

possit

possit præscribere spacio 10. uel 20. annorum, sed requirantur 30. secundum terminos auc. malæ fidei. C. longi tempo. præscrip. An poterit tertius possessor, qui habuit causam à debitore, præscribere? Et uidetur dicendũ, quod non: quia auctor suus fuit in mala fide, quia alienauit rem, cum sciret eam obligatam. Contrarium tamen deciditur, quia illa auctẽn. habet locum in præscriptione dominij, non hypothecæ. ut ibi probatur, dum dicitur, si uerus dominus. Et hoc tenent Doct. nostri hic, & Alexan. in l. Pompo. §. 1. col. 4. in 5. fallent. ff. de acquir. possess. Idem Alex. in consil. 53. uiso processu. nu. 15. & in consilio 220. ponderatis his. in principio uol. vi. Sed iterũ insto, cum in præscriptione de iure canonico requiratur bona fides. c. possessor. de reg. iur. in v. quod ius canonicum est attendendum, quia tractatur de peccato, nunquid hi omnes suprà dicti poterant præscribere? Et dicendũ est, quod debitor, neque eius hæres poterunt præscribere, qui habuerunt malam fidem, alienando quod sciebãt se obligasse. Alij uero possessores etiam quod haberent causam à debitore, poterunt: quia facile potest esse quod nescirent rem ipsis alienatam, alteri esse obligatam.

Glosa de qua re, diuiditur in duas partes, ut per Ias. Nota
52 ex prima parte, quod incorporalia & ita iura possunt pignorari. Hinc sumpta occasione Io. Fab. plures tangit quæstiones, quæ tamen (ut dicit Iason) possunt resolui per doctrinam Bartoli in l. sed an uiæ. ff. de pignoribus. & ideo non est insistendum super his sigillatim, sed dicendum ut per Bart. in d. l. sed an uiæ. & ibi Salic. & Angelus, & Iason hic. Nota in fi. limitationẽ, ad id quod suprà dixerat, incorporalia, & sic iura posse pignorari. Nam hoc fallit in seruitute urbana, quæ non potest pignorari: ratio, ne ruinis ciuitas deformetur. Idem dixit gl. secundum unam intelligentiam, in l. sed an uiæ. hic allega. Verum contra hanc rationem obstat textus in l. 3. ff. de precario. inducendo & declarando, ut per dominũ Iaso. Per quem textum uidetur dicendum, posse etiam urbanas seruitutes pignori dari. Pro declaratione huius passus difficilis distinguẽda est materia, quia gl. in d. §. fi. & in l. sed an uiæ. multifariã declarat illa iura. Aliquando enim intelligit in seruitute cõstituta, aliquando constituenda, aliquando à domino prædij pignorata, aliquando à domino seruitutis, id est ab eo cui debe-
53 tur seruitus. Aut ergo quærimus de seruitute cõstituta pignoranda, & tunc aut à domino fundi qui debet seruitutem: & tunc credo neque rusticum, neque urbanũ posse pignorari. Ratio est, quia dominus fundi non est dominus seruitutis, sed is cui seruitus debetur. In corporalibus enim datur dominium, ut no. gl. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess.

Esset

Esset ergo hoc constituere pignus in re aliena, quod non est permissum.l.2.ff.de pigno.actio. Ex quo infero, fortasse non procedere quod uult Bart.in l.1.ff.de usufr.legato.uersic. & pro declaratione.qui uoluit l.sed an uiæ.procedere, quando seruitus pignoratur à domino prædij, aut ab eo cui debetur seruitus.& hoc casu crediderim etiam neq; rusticam, neq; urbanam posse pignorari. Nam cum in bonis nostris neutræ sint, eadem ratio militat in utrisque.l.1.ff.de usufr.lega. & gl. no.in d.§.fi.et hoc uult Salic.in d.§.fi. Nec obstat suprà dictus l.sed an uiæ. quæ uidetur constituere differentiam: quia infrà respondebo. Aut quærimus de seruitute cōstituenda, & hic non cadit illa distinctio an ueniat pignoranda à domino prædij, an ab eo cui debetur, quia nondum est constituta. Et hoc casu dico etiam non posse pignorari neq; rusticam, neq; urbanam. Ratio est, quia si post constitutionem seruitutis debitor eam pignoraret creditori, cōstitueret ei pignus in re sua, quod non licet.l.neq; pignus.de reg.iur. Si uero alteri pignoraret, hoc etiam non procederet, quia in aliena re post constitutionem pignus constitueret, ut suprà dixi. Obstat tamē textus in d.§.fi.ubi dicitur, iura urbanorū prædiorum non posse pignorari, ergo à contrario sensu rusticorum possunt. Sed tale argumentum sumi non potest, quando eadem est ratio, ut hic gl.in l.cum prætor.ff.de iudic. Item hæ seruitutes urbanæ & rusticæ non sunt contrariæ, sed diuersæ. Præterea hoc etiam argumentum tollitur ibi per iurisconsultum, declarando hoc modo. Dictum fuerat in §.fi.quod iura urbanorū prædiorū non possunt pignori dari. Ex hoc inferebatur tacitè, quod rusticorum. Sic ad tollendum hoc argumentū, dicit & quærit iurisconsul.in l.seq.sed an uiæ.&c.pignoris cōuentio locum habeat.& respondet: non quod possint etiam ipsæ pignorari, sed quod potest fieri pactio ut his liceat uti, &c. & sic loquitur de commoditate utendi, non autem de ipso iure, id est, ipsa seruitute pignoranda.ex quo infertur, quod l.sed an uiæ.loquatur de commoditate seruitutis pignoranda, nō de ipsa seruitute. Item ex suprà dictis infertur, quod §.fin. habeat locum in seruitute rustica, & l.sed an uiæ. etiam habeat locum in seruitute urbana. Et quod commoditas iurium, nō autem ipsa iura possint pignorari, uult D. Iaso. hic, num. 110. qui ita intelligit distinctionem Bartoli in d.l.sed an uiæ. & Bartol.ibi ita uidetur intelligere illam legem, uers. si uero ex his.& ita etiam uidetur intelligere gl. in l.quæ prædium. C. si alie.res pigno. data sit.& glo.in l. qui filios. C. quæ res pignori oblig.poss.

Glo.finalis diuiditur in 3.partes, ut per D.Iaf.Nota ex prima parte dictionē maximè in textu nostro abundare: quod

an sit uerum, apparebit ex infrà dicendis. Noto ex secunda
54 parte, primò ad hoc ut contrahatur pignus, esse necesse quod duo interueniant: scilicet quod res quæ obligatur, sit mobilis: item quod tradatur. Ratio est, quia pignus dictũ est à pugno. non potest ergo res per pugnum transferri, nisi sit mobilis. In contrarium tamen facit textus noster hic, qui uult sufficere solam traditionem, non autem etiam quod res sit mobilis: ut apparet ex illa dictione Maximè, quæ includit idem ius esse in casu cõtrario, licet sit maior ratio in expresso. l. illud. & ibi no. gl. ff. ad l. Aquil. Facit etiam l. si rem. §. 1. ff. de pign. actio. ubi habetur expresse & indistincte, quod pignus est quod ad creditorem transit: hypotheca, quod non transit. Item faciunt infinita iura, probantia pignus constitui in re immobili, ut l. sciendum. §. creditor. iuncto principio illius. l. ff. qui satisd. cogant. et l. si necess. ff. de pign. actio. modo sit facta traditio, ut ibi. Et secundum hæc dictio Maximè in tex. posita, non abundat, quia Imperator secutus est Vlpianum in d. l. si rem. §. 1. qui solum considerauit traditionem simplicem, non autem Gaium in d. l. plebs. qui considerauit, quod res pugno tradi possit. Hæc ergo disputatio pendet ex controuersia quæ fuit inter Vlpianum & Gaium. Quid dicendum? Ego sequerer
55 Vlpianum, ut pignus dicatur indistinctè, quando res tradi͂ siue mobilis, siue immobilis. & hoc proprie, ut d. l. si rem. §. 1. & l. quamuis. eo titul. & hoc potissime per hunc textum nostrum, ubi Imperator uidetur sedasse differentiam quæ erat inter ipsos iuriscõsultos, dum est secutus opinionẽ Vlpiani. Præterea facit, quia proprietas sumitur ex auctoritate Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. in 3. quæst. vi. quæst. princip. Cum ergo habeamus d. l. si rem. §. 1. & textum nostrum hic, & plures alias ll. probantes pignus etiam dici in re immobili, illud probandũ est. & hanc partẽ secutus est Alciatus in d. l. plebs. §. pignus. Hoc etiam est secutus Salicetus in d. l. si rem. qui dicebat, etiam de rebus immobilib. aliquid pugno claudi posse, et tradi. Sed nos loquimur de re quę pugno tota tradi possit, uel apta sit tradi. Non obstat d. l. plebs. §. 1. quia primo possem respõdere, quod licet quidam ita putauerint, ut dicit ibi Gaius, tamen Imperator quasi decidendo secutus est Vlpianum, & alios contrarium sentientes. Præterea illud procedit attenta origine, ut pignus dicatur à pugno: & ita res quæ pugno tradi potest, dicatur pignus si obligetur. Qui tamẽ postea superuenerunt, cõsiderarunt tantum quod traderetur: quia quoquo modo tradatur, idem resultat effectus. retinet tamen nomen pignoris inspecta origine. Simile uidemus in taberna, quæ, ut Festus uoluit, dicta est, quia tabulis conficeretur. Posteriores tamen alia materia confectum ædificium,

cium, tabernā etiam uocant, ut l. taberna. & ibi per D. meum ff. de uerb. signific. Licet itaq; ab origine ædificium tabulis cō fectum ad habitandum, taberna appellaretur: tamen nunc sufficit, quoquo modo ædificium confectum sit aptum ad habitandum. Sed contra suprà dicta uidentur obstare plures leges, quæ appellant pignus etiam re non tradita, ut l. non solum. §. si rem tuam. ibi, at si nuda conuentione. ff. de usucap. & l. si necessarias. ff. de pigno. act. & l. 1. eo. tit. Verum ad hoc responderem, id procedere ex largitate sermonis, ut quem- 56
admodum res quæ traduntur creditori obligantur, & pignus appellantur: ita etiam quæ obligantur sine traditione, hac uoce pignoris indicentur, non autem compræhendantur. gl. in d. l. 1. in prin. Nota ex ea parte, si res mobilis sit, & non tradatur, quod dicitur hypotheca, & non pignus. Circa hoc dic, ut proximè dixi, quod propriè loquendo gl. est uera. largo tamen modo etiam pignus dicitur, d. §. si rem tuam. Nota ex ea parte, si res sit immobilis, siue tradatur, siue non, dici hypothecam, & non pignus. Quatenus dicit, si non tradatur, gl. bene dicit: quatenus uero dicit, si tradatur, malè. Et d. l. si rem. §. 1. et suprà latè defensaui. nam in re immobili tradita consistit pignus. Ex his apparet, quid iudicandū esset in statutis, quæ propriè debent intelligi. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & Bart. in d. l. si rem. §. 1. Sub dubio tamē tenuit, quod statutū loquēs de pignore, non haberet locum in hypotheca. tamē ibi Salic. hoc affirmat. In hoc esset inspicienda subiecta materia, secundum quam facile posset dici cōtrarium, si militaret eadem ratio in uno quæ in alio. Hæc tamen omnia sunt intelligenda circunscripto usu cōmuni loquendi: qui si probaretur, deberet præponi & seruari. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. Est ergo uera differentia inter pignus & hypothecā, quod pignus dicitur re tradita: hypotheca, quando sola conuentione tenetur. d. l. si rem. §. 1. & hic in textu. Ex qua differentia resultant plures effectus, utiles in practica. Primus est, quod creditor possidet pignus, sed non hypothecam, per l. 1. 57
§. per seruum. ff. de acq. possess. Et inde est, quod habenti pignus non currit præscriptio, sed habenti hypothecam: sicut uidimus suprà latè in gl. super uerb. nihil. ratio, quia habet pignus, & sic possidet, non potest ei imputari cur non egerit, cum rem habeat. Secus ei qui habet hypothecam, cum alius possideat. arg. l. fi. in fi. C. de ana. excep. & l. 1. in fi. C. de bo. mater. in sui ratione. Currūt enim præscriptiones contra desides. Secundus effectus est, quia si habēs pignus cadat à possessione, potest agere hypothecaria contra possidentē rem, etiam non excusso principali. & sic auten. hoc si debitor. C. de pigno, non habet locum in pignore tradito, sed in conuentio

nali,quod tamen non permittitur habenti hypothecam.d.autent.hoc si debitor. Ita uoluit pulchrè Alex.in l.sæpe.ff. de re iudic.num.99. Ratio ponitur ibi per eum: quia si creditor uelet excutere prius debitorem principalem, teneretur reddere rem pignoratam debitori,uel pignoratitia actione, uel doli exceptione.l.apud Celsum.§.item quæritur si uniones.ff. de doli excep. Ratio rationis est,ut per gl.in d.§. item quæritur. super uerb.culpa: quia si non seruas fidem restituendo pignus, nec ego seruabo restituendo debitum.l.cum proponas.C. de pactis. Quæ ratio cessat,quando sola cõuentione res est obligata,quia res non fuit apud creditorem, & ideo debitor non potest agere,uel excipere, ut aliquid sibi restituatur. Tertius est effectus,quia qui habet pignus ex quo rem possidet, licet sibi solutum sit debitum,pro quo fuit datum illud pignus,tamen poterit retineri respectu alterius debiti, neq; incidet creditor in l.extat.ff.quod metus causa.& l.penul.C. de pigno. actio.l.unica.C.etiam ob chirograph. pecu. agi posse. Ratio est,quia cum rem ad manus habeat, non dicitur illam inuadere Et alia ratio etiam ponitur per Salic.in l.fin.C.cõmodati.dixi suprà super glo. secunda. Secus est in habente hypothecam,quia in eo militat ratio inuasionis. Et rem debet auocare auctoritate iudicis,d.l.penul.

58 Nota ex tertia parte,quod Publiciana actio est realis & prætoria, & hoc non habet dubium,§.sed iste. suprà eod. ibi, permittit prætor in rem agere.& ibi,& ita uendicat suam esse. iuncta l. actionẽ quam.ff. de actio.& oblig.item rescissoria, etiam ipsa est realis. Quid sit hæc rescissoria,habes textũ suprà in §.rursus. Et an sit proprium nomen actionis,ponit Iason in d.§.rursus.num.86. & quomodo intentetur,idem Iason ibi,num.9.& quando competat,ibi,num.91. Nunquid uero sit realis,dic non esse absolute realem, sed secundum contingentiam facti. Nam si actio quæ fuit præscripta,erat realis,habita restitutione in integrũ, competit rei uendicatio rescissoria, uel hypothecaria rescissoria. Si uero erat personalis,tũc rescissoria erit personalis, quia hæc uox rescissoria nil aliud est, quàm quædam adiectio quę fit actioni restitutæ,ut d.nu.86.& 10. & 11. Et ideo dicebat Iason suprà in §.rursus.num.94. esse aduertendum cum libellatur in hac actione rescissoria,quæ actio fuerit restituta: quia si realis,debet peti declarari rẽ ad me spectare iure dominij, uel quasi: si personalis,debet concludi ad dandum,ut in personalibus. Et in effectu cum non sit propriũ nomen actionis, frustra quærimus an sit realis uel nõ, sed eam iudicare debemus secundũ quod adijcitur. Item dicit gl. Seruiana, et quasi, sunt

59 etiam ipsæ reales. Hoc quod dicit glo. communiter recipitur per Doct.nostros,& alibi,ut per Modernos, & probatur expresse

presse in l. pignoris. C. de pigno. & §. praeterea. infrà eo. & in l. pigno: ff. eo. tit. & l. si fundus. §. in uendicatione. ff. eo. & l. eos. C. qui potiores in pig. hab. Et ideo seruat naturã realiũ: quia quemadmodũ illæ dantur contra possidentẽ, §. omniũ. suprà eo. ita istæ d. §. in uendicatione. Item in hac non obligatur persona, sed res, & propterea rem sequitur. l. 2. C. si unus ex pluribus hæredibus. Verum quia licet hæc sit communis & indubitata conclusio, tamen patitur aliquam difficultatem. Pro resolutione huius puncti, & pro intelligentia terminorum, primò oppono contra hanc conclusionem, quod imò Seruiana, et quasi, et sic hypothecaria non sit realis. Nam realis actio causatur ex iure quod quis habet in re, declarando ut per Iaso. in §. omnium. suprà eo. 1. col. sed ius in re non constituitur nisi traditionibus, & usucapionibus. l. traditionibus. C. de pactis. Cum ergo hypotheca inducatur nuda cõuentione, & nõ sit subnexa traditione. l. 1. ff. de pigno. actio. ius in re non constituitur: ergo actio quæ pro hypotheca datur, non est realis. Et aduerte, quia hoc fundamentum habet locum in hypotheca ubi non interuenit traditio, non in pignore quod constituitur traditione, ut dixi suprà in principio huius gl. Item non habet locum in rebus inuectis uel illatis in domum, uel in fundum post inclusionem, cum tunc illæ res censeantur traditæ locatori, ut per Iaso. suprà eodem num. 80. Ad hoc respondebat Petrus, & sequitur Fabr. & Ang. quod sine traditione constituit ius in re in hypotheca, propter adhęrentiam principalis contractus. Et nihil aliud dicunt. Potuerunt forte moueri, quia sic uidemus in pacto nudo, quod nõ producit actionem. l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. & tamen si uestiatur cohærentia contractus, parit actionem. l. petens cum materia. C. de pactis. glo. 1. suprà quibus mod. re contrah. oblig. Verum hæc responsio non bene concludit, nec bene cadit in sensum, quia non probatur. ideo est dicendum quod est speciale in pignore, ut sine traditione con
stituatẽ ius in re. Ratio specialitatis ponitur per Bart. in l. 1. ff. 60
de pigno. actio. Alia subtilior ponitur per Baldum in d. l. traditio. in 3. col. uersic. sed hic quæro. quam sequitur ibi Salic. & Ias. dic ut per eos. Tholosani etiam, ut uult Fabr. tenuerunt, non cõstitui hypothecam sine traditione, per l. qui prædium. C. de distract. pig. Sed illa lex non meretur allegari. Se
cundò oppono contra dictam conclusionem, quod imò a- 61
ctio hypothecaria sit personalis, & non realis. Nam actio personalis est illa quæ oritur ex contractu uel quasi, & sic ex præcedente materia: realis uero, quę non habet materiam præexistentem, nec præsupponit obligationem, ut §. omnium. suprà eodem. & ibi Iason declarat in euidentialibus, sed hypo-

thecaria nascitur ex pacto.l.si tibi.§. de pignore. ff. de pactis. Et pactum est cõtractus, ut no.gl.singularis, secundum Paulum in l.legem.C.de pactis.in l.1.ff.de actio. & oblig. super uerbo figuris.in fi. Ergo hypothecaria est personalis: & hoc uoluit gl.in d.§.de pignore quæ dixit, ex obligatione pignoris oriti ciuilem & naturalem obligationem, ex quibus obligationibus nascitur actio personalis.d.§.omnium. Ad d.§. de pignore.respondetur secundum Bart.in l.pignoris.C.de pignorib.& ibi Salice.quod actio hypothecaria habet duplicem causam unde descendat, mediatam & immediatam. Mediata est ipsum pactũ, immediata ius quod fuit cõstitutum in ipsa re propter pactum.ergo oritur hypothecaria immediate ex iure in re cõstituto, non ex ipso pacto.& sic cessat quod debeat dici personalis. Nam ita solet aliàs dici, quod actio nascitur ex contractu. Hoc tamen intelligitur, mediante obligatione, ut per las.suprà in §.omnium.in principio. Hæc declaratio ad illum §. de pignore, potest colligi ex l.1.ff.de pig. actio. ubi dicitur, quod ex nuda conuentione, & ita ex pacto nascitur pignus, id est pignoris obligatio, ut ibi exponit glo. Non autem dicit, quod nascatur actio: nam actio, ut suprà dixi, nascitur postea ex illa obligatione pignoris, id est ex iure in re cõstituto.& ideo non est mirum si sit realis. Nec est uerum quod
62 dicit glo.in d.§.de pignore, quod in pignore nascatur ciuilis & naturalis obligatio: nec naturalis quidẽ, ut declarat ibi Paulus in principio. Sed fundatur hæc actio ex possessione aduersarij, & ex iure quod fuit creditori constitutum in re per debitorem. Et adeò uerum est, hanc actionem realem esse, quod nihil penitus habet personalitatis, ut hic per las.per l.2.C.si unus ex plur. Non omitto, Modernos tenuisse communem opinionem nouo fundamento, quod dicunt esse Alex. ut per eos mouentur. Hoc modo actiones personales præscribuntur xxx.annis.l.sicut.C.de præscrip.xxx.uel xl.anno. sed hypothecaria nõ præscribitur xxx. sed xl.l. cum notissimi.eo tit. l.1.§.1.C.de ana.except. Ergo est realis. quasi dicat, quod si esset personalis, præscriberetur xxx. annis. Istud fundamentũ nihil ualet, quia non est bona consequentia, dicere, non præscribitur actioni xxx.annis, sed maiori tempore: ergo talis a-
63 ctio est realis. quia regulariter reali actioni, quemadmodum personali, præscribitur xxx. annis. d. l. sicut. in principio. quinimò etiam hypothecariæ xxx. annis præscribitur. d. l. sicut.& l.cum notissimi.licet hæc non habeat certam metam, quia aliquando x. aliquando xx. præscribitur, ut uidimus suprà in gl. nihil. Ex his ergo apparet, omnes has actiones esse reales. An uero sint prætoriæ, ut præsupponit glosa, quantũ ad Publicianam est expeditum, d.§.sed istæ. ibi, inuenta est à prætore,

prætore. quantũ ad rescissoriam, idem: ut d. §. rursus. ibi, & alijs simili æquitate. Quo ad Seruianã, & quasi. De quasi Seruiana omnes concedunt: sed de Seruiana proprie, quæ competit pro rebus inuectis & illatis, an sit prætoria, dubitat Fabri. quia cum obligatio earum rerum sit de iure ciuili, quia lex ciuilis illas res obligat, tacite uidetur actio quæ pro his rebus competit, esse ciuilis. Ad hoc respondet Fabr. & Angel. per notata per glo. in l. 2. ff. de fideicom. hæredit. petit. ubi habetur non esse inconueniens pro obligatione ciuili prætoriã actionẽ dari. Faciunt notata per Paulum in l. ex hoc iure gentium. in repetit. in 6. col. uers. sed quæro prædicta. ff. de iust. & iure. Et quod utraq; sit prætoria, tam Seruiana quàm quasi, probatur hic expresse in textu, dum dicit, Seruiana & quasi ex iurisdictione prætoris substantiam capiunt. & sic utitur numero plurali, & utranque complectitur. Reliquum glosæ est facile, & propter uacationes superuenientes non fuit expeditum Papiæ, die ultima Iulij.

REPETITIONIS §. ITEM SERVIANA. Inst. de act. Finis.

ERRATA.

Pag. 12. uers. 17. infra proxime 13. 32. subijciunt 20. 2. debet commitere 21. 37. est tamen suum dict. 22. 37. tunc erit 24. 4. repeti. rub. & 16. Quid dicendum? & 22. tali modo, & loco, quod 25. 42. si quis non dicam, 26. 5. ad probandum 27. 12. fuerit tract. 28. 36. resol. uera 30. 37. cur una notat res? 35. 30. non importat necessitatem 37. 3. textus in l. fin. & 23. incip. ponderatis 44. 11. xij. tabul. 60. 2. quod iussu & 11. quod iussu 68. 12. Sed quia

Ad reliqua facile conniuebit æquus lector.

RERVM ET VERBORVM IN PRAECEDENTIBVS D. NIC. BELLONI Repetitionibus & Tractatibus memorabilium Index.

ACcusans aliquem de insultu, an de duplici crimine accussasse uideatur. Pag. 40
Actio ad exhibendum, est praeparatoria rei uendicationis 11
Actio ad exhibendum, & in factum datur. 9
Actio ad exhibendum in rebus mobilibus, non semper necessaria uidetur 12
Actio ad exhibendum magis de personali, quàm de reali actione participat 13
Actio ad exhibendum propter quas actiones competat 12
Actio ad exhibendum, quare inuenta ead.
Actioni ad exhibendum, nomen hoc mixtae actionis non conuenit 13
Actio hypothecaria an sit realis, uel personalis. 141
Actio praeparatoria potest cum principali cumulari 14
Actio quando detur ex sententia arbitri 93
Actio quasi Seruiana & hypothecaria, an sint idem 112
Actio Seruiana quare cum illa dictione, Quasi, nominetur 128
Actio Seruiana unde dicta sit 114
Actionem praetoriam dari pro obligatione ciuili, inconueniens non est 143
Actiones mixtae & in rem scriptae tertiam speciem constituunt 63
Actiones reales sunt pleniores & digniores personalibus 14
Actiua & passiua significatio quae sit. 63
Actor an habeat facultatem quam malit actionem intentare, uel ad exhibendum, uel rei uendicationem. 13
Actor mentionem faciens in libello de instrumento, illud edere tenetur. 16
Actus in dubio debet exponi tanquam ualidus 86
Adulterium an per osculum luxuriosum probetur 23
Adulterium directò probari non potest 24
Adulterium est grauius delictum, quàm homicidium 31
Adulterium fictum & praesumptum inter se differunt 25
Adulterium per inuentionem non probatur 24
Aduocatus uel procurator aliquem in iudicio defendens, ad quid teneatur & cogatur 21
Agere & postulare an quis cogatur 35
Agere & postulare quando quis cogatur 36
Agnati & cognati quomodo differant 43
Amicabilis compositor quis dicatur, & quomodo differat ab arbitratore 94
Appellatio à subdelegato delegati à Pontifice, si interponatur ad Pontificem, est nulla 104
Appellationes ascendunt, & non descendunt 105
Appellatur à delegato ad delegantem, etiam quod ordinarius cognoscat ut delegatus 83

Appellatur à delegato episcopi ad ipsum episcopum, non ad eius uicarium generalem 105
Appellatur à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium 100
Appellatur ad Papam omisso medio 104
Arbiter procedit de iure, sed arbitrator de iure & facto 93
Arbiter si excedat cōtenta in cōpromisso, laudum redditur nullū 96
Arbitri compromissarij qui dicantur 92
Arbitri electi ex forma statuti, æquiparantur potius ordinarijs quàm delegatis. 92
Arbitri iurisdictionem non habent. ead.
Arbitri iuris qui dicantur ead.
Arbitrator si iniquè arbitretur, fit reductio ad arbitriū boni uiri 94
Arbitratores qui dicantur, & quomodo differant ab arbitris 93
Arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta 92
Argumentum à delegato simplici, ad uniuersitatem causarum ex identitate rationis, ualet 68
Argumentum ab instrumentis ad rationes ualet 34
Articulus causæ an poßit dici causa 85
Assessor iurisdictionem habens àn propriè assessor sit. 91
Assessor nullam iurisdictionem habet, nisi à lege uel statuto ei tribuatur 91
Assessores quomodo introducti sint, & quibus nominib. appellētur. 91
Attendi debet quod principaliter agitur 12

B

Bona secundi conductoris nō sunt tacitè obligata locatori 121
Bonorum possessio alia decretalis, alia edictalis 51
Bonorum possessio an sit amplius necessaria 49
Bonorum possessio contra tabulas cō petit, etiam quando testamentum est nullum 47
Bonorum possessio decreta, cuius sit effectus 48
Bonorum possessio est utilis etiam his qui ueniunt de iure ciuili 47
Bonorum possessio, & possessio bonorum differunt 51
Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ data fuit emancipatis, ut possint querelare 45. & 51
Bonorum possessio ordinaria tribuit ius in possessione & proprietate 49
Bonorum possessio secundum tabulas, an necessariò fuerit inuenta propter testamenta in scriptis. 46
Bonorum possessio secundum tabulas, quare sic appellata 47
Bonorum possessio uentris nomine est facti, nec tribuit ius in possessione 50
Bonorum possessiones extraordinariæ quæ sint, & quare ita dicantur 49
Bonorum possessoria hæreditatis petitio quæ sit, & quare à prætore introducta 49

C

Capitulum statutum de rescript. in sex. in nudo ministerio, locum non habet 85
Carboniana bonorum possessio quæ sit, & cuius sit effectus 50
Causa exempta à manibus ordinarij, quomodo exēpta censeatur 74
Clausula accessoria non immutat naturam principalis 64
Colonus alius est qui nummis colit, alius partiarius 145
Colonus partiarius impropriè dicitur

tur colonus 116
Colonus partiarius quis dicatur. 115
Commißio causarum in genere subalterno, quid operetur 67
Commißio iudicis in citatione requiritur 19
Compromissum etiam non adiecta pœna, ualere potest 93
Cōfabulatio quomodo uiolentā præsumptionem faciat 24
Confeßio in chirographo facta, numerationem probat 39
Consensus legis, consensus partis existimatur 113
Conseruator censetur iudex delegatus 99. & 101
Conseruator quamuis constituatur conseruator & iudex, non tamen desinit esse conseruator 101
Conseruator quamuis sit delegatus, non est tamen ad uniuersitatē causarum, sed ad generalitatem 101
Cōseruatores dicūtur delegati ad generalitatē causarū, similiter & inquisitores hæreticæ prauitatis 71
Conseruatorum quot species 100
Continuatio non est necessaria in principio libri, sed sufficit subordinatio 9
Creditor agens hypothecaria contra tertium possessorem quid probare debeat 132
Creditor pignus, non autem hypothecam posidet 139
Creditor potestatem obligatam, quæ peruenit ad manus suas, retinere 126
Creditor re pignorata tradita, an posideat 135
in Criminibus quæ directò probari non posunt, quomodo quis condēnetur 35

D

Debitor conuentus hypothecaria, an quæstionem dominij refricare posit 131
Decretum non est amplius necessarium in bonorum posseßione 48
Delegatio ad generalitatem causarū, quando dicatur fieri, & quomodo cognoscatur 71
Delegatio facta ab ordinario, iussu principis, non facit quem dici delegatum à principe 76
Delegatio facta per uerba præceptiua, an extinguatur morte delegantis 58
Delegatio particularis aliquando fit à lege scripta 72
Delegatio particularis quomodo fiat 72
Delegatio particularis fit ab ordinario 76
Delegatio particularis fit à delegato ad uniuersitatem causarum 77
Delegatio particularis fit à principe 73
Delegatio particularis fit à delegato principis 78
Delegatio uniuersitatis causarum, quamuis cōtineat diuersas causas, est tamē unica tantū delegatio. 70
Delegatus à lege potest subdelegare, sicut delegatus à principe 72
Delegatus à principe si subdelegando aliquid sibi iurisdictionale reseruat, ad eum appellabitur 103
Delegatus ad uniuersitatem causarū in quibus casibus ordinario æquiparetur 69. & 100
Delegatus ad uniuersitatem causarū non potest totam uniuersitatē causarum subdelegare 78
Delegatus ad uniuersitatem causarū, quā iurisdictionē nanciscatur. 67
Delegatus ad uniuersitatem, generalitatem, & particularitatem causarum, quis dicatur 101
Delegatus an in procedendo utatur consuetudine fori delegantis, an sua

sua. 84
Delegatus cui facta est delegatio per uerba praeceptiua, non potest subdelegare 59
Delegatus etiam ad uniuersitatē causarum recusari potest 83
Delegatus ordinarij non potest etiā unum articulum causae subdelegare 81
Delegatus ordinarij quando subdelegare possit. 82
Delegatus pluribus modis appellatur 88
Delegatus principis cui facta est delegatio, cum clausula, Appellatione remota, non potest subdelegare cum eadem clausula 79
Delegatus principis in quibus casibus ordinario aequiparetur 75
Delegatus principis non potest subdelegare partem causae de iure ciuili, secus de iure canonico. 79
Delegatus principis quando non habeat tam potentem iurisdictionem, sicut ordinarius 74
Delegatus principis quomodo censeatur dignior ordinario 74
Delegatus principis si nulliter tulit sententiam, an iterum iudicare possit 75
Delegatus principis suam sententiā exequitur 104
Delegati diffinitio. 84
à Delegato episcopi ad eius officialē generalem, quando appellari possit 105
Delegati plures ad aliquod negociū non censentur habere iurisdictionem in solidum 84
Differētia est inter res illatas in praedium rusticum, & in praedium urbanum 120
Diffinitionem satis est constare ex genere remoto 85
Dispositio ad casus speciales, adaptari non debet 19
Dispositio simpliciter loquens comprehendit casum mixtū, in eo de quo magis participat 70
Doctor est ordinarius iudex inter scholares, & potest delegare 62
Dominium est quid separatum à iure pignoris 134
Donatio facta à marito uxori, non confirmatur morte mariti, propter uxoris osculum luxuriosum 31

E

EDere quid sit 11
Edictum de edendo est praeparatorium iudiciorum 16
Edictum de edendo, est remediū extraordinarium 9
Edictum de edendo quando locū habeat
Edictū de edendo ex sui natura praeparatorium est 19
Editio actionis principaliter in edicto de edendo cōsideratur 17
Editio alia fit iudici, alia parti 18
Editio libelli an sit primum praeparatorium iudiciorum 19
Editionis species duplex est 8
Emancipatus iure ciuili non admittebatur ad successionem 44
Emphyteosis quid dicatur 90
Episcopi & eius officialis generalis est unū et idē tribunal 100. et 105
Exceptio peremptoria quando opponi possit 16
Executor quando iurisdictionē habet, & quando non habet 104
Exemplarum non debet praecedere exemplar 15
Extensio fit de stricta significatione ad latam, quando militat eadem ratio 116

F

FActum hominis quomodo dicatur interuenire in hypotheca tacita 124

Feudum

Feudum facilius amittitur, quàm soluatur matrimonium 30

Filius quibus ex causis exhæredari possit 27

Finis est dignior omnibus illis quæ ad finem ordinantur 10

Fratres minores qui non possunt arbitri uel arbitratores, poterunt tamen amicabiles compositores esse 94

G

Gerundium adiectum futuro tempori conditionem importat. 41

Gerundia necessitatē important 35

Glossa in c. statutum. §. insuper. de rescript. in sexto, male hactenus fuit intellecta 69

H

Hypotheca expressa & tacita quando dicatur, & quottuplex sit 123

Hypotheca quid sit 113

Hypothecaria actio est iudicium petitorium, Saluianum interdictum possessorium 130

Hypothecaria actio prætendit solum ius in re 132

I

Imperator an habeat imperium à Deo, uel à summo Pontifice 60

Imperator & Doctor, qui dicatur 89

Imperator quomodo communicauerit iurisdictionem magistratibus 60

Incorporalia, puta iura, pignorari possunt 136

Indefinita uerbi æquipollent uniuersali, sicut indefinita nominis 41

In dubio de præcisa necessitate, non de causatiua intelligimus 37

In exorbitantib. fit de casu ad casum extensio, quando subest eadem ratio 116

Inferior à principe, an ordinariam iurisdictionem dare possit 65

In incertis, non certis, locus est coniecturis 33

Inquisitores dicuntur delegati ad generalitatem, non ad uniuersitatem causarum 102

Instrumentum argentarij quid dicatur 34

Instrumenta guarentigiata quando habeant executionē paratam 97

Instrumenta guarentigiata quomodo fiant ead.

Instrumenta regulariter executionē paratam non habent 97

Instrumentorum appellatione secundum cōmunem usum loquendi ueniunt acta, & non rationes 33

Instrumentorū appellatione ueniunt acta 32

Instrumentorū appellatione ueniunt rationes 33

Instrumentorum & rationum editio petitur etiam per actionem ad exhibendum 9

Inuecta & illata in fundum rusticū & urbanū, quando tacitè sint obligata 122

Inuecta & illata quomodo dicantur includi 127

Inuecta & illata si alienentur, transeunt sine onere 124

Inuecta per colonum in fundum, pro quibus obligata sint 117

dictio Item, quomodo & quando repetat 112

Iudex habilitationis debet etiā esse index causæ principalis 21

Iudex ordinarius si eius iurisdictio alteretur per rescriptum, efficitur delegatus 103

Iudex potest capi dupliciter, largè et strictè 108

Iudices chartularij qui dicantur 96

Iudicium cœptum quando propriè dicitur

catur 15
Iudicium corā arbitris nō dicitur. 10
Iudicium & legatum aliud est universale, aliud generale, aliud particulare 66
Iudicium potest capi inclusiuè usque ad sententiam 17
Iudicium tres partes habet 15
Iudicia ex quibus conficiantur 10
Iudicia quomodo per magistratus exerceantur 10
Iura pœnalia nō sunt extendēda. 27
Iurisconsulti non sunt usi hoc termino delegati 87
Iurisdictio non cohæret territorio actiuè 62
Iurisdictio ordinaria est naturalis, sed delegata accidentalis 77
Iurisdictio quando dicatur uniuersaliter tributa 66
Iurisdictio tributa à lege, etiam ad certas causas cēsetur ordinaria. 71
Ius agnationis omni capitis diminutione tollitur 43
Ius delegatum à lege, & à principe differunt 73
Iussus quomodo differat à delegatione 59
Iustinianus etiam in institutionibus formam agendi docet 40

L

Laudum ac compromissum super re certa, non ualet 95
Laudum latum super rebus prohibitis alienari, non tenet 95
Laudum nullum quando possit ualere in uim pacti 96
Laudum præsumitur iuste & rite latum 95
Laudū quibus modis impugnari possit 95
Legatus proconsulis & uicarius episcopi æquiparantur 81
Legatus proconsulis non debet proprie iudicari delegatus 80
Legatus proconsulis potest subdelegare 79
Legatus proconsulis plures causas subdelegare potest 81
Legatus proconsulis uirtute suæ iurisdictionis subdelegare potest. 80
Lex, est differētia. ff. quib. caus. pig. tacite contrah. declaratur 125
Lex, iudicium soluitur. ff. de iud. non habet locū in legato procōsulis. 81
Lex nunquam moritur 73
Leges inferiorum principum, puta Ducum, Comitum, Marchionum, an sint ius prætorium 72
Libellus an sit annectandus citatorio 19
Libellus est fundamentum iudicij. 18
Libellus quando necessario iudici offerri debeat 20
Libelli editio æquè præparatoria est, sicuti citatio 20
Locatione facta cū pacto francandi, an cōductor francare cogatur. 37
Locator quādo inuecta & illata propria authoritate retinere possit. 126

M

Mandare & delegare an differant 56
Mandari iurisdictio dicitur etiam ad unam causam 57
Maritus ex eisdem causis donationē propter nuptias perdit, ex quibus uxor priuatur dote 32
Mater et filius prius fuerunt admissi ad successionem de iure prætorio, per bonorum possessionē unde cognati 44
Matrimoniū de iure canonico nō dissoluitur, sed fit separatio thori 28
Matrimonij dissolutio cum difficultate permittitur 29
Merces uenales illatæ in fundum, nō sunt tacitè obligatæ 122
Miles post aditā hæreditatē substitue re directò de iure speciali potest. 78
Minor inferēs res in fundū cōductū, nō cēsetur eas tacitè obligare. 122

Mulier

Mulier adultera quomodo possit saluari ne priuetur dote 32
Mulier an admittatur ut probet contra præsumptionē adulterij 26
Mulier cōdemnata de adulterio propter contumaciam dote non priuatur 23
Mulier quando priuetur dote 27
Mulier relicta usufructuaria quando usumfructum amittat 31
Mulier seruum cum quo rem habuit, manumittere non potest 31

N

Naturalia accidentalib. præualent 77
Negatiua etiam non coartata, quando probari possit 26
Nomina uerbalia cum à uerbo descēdunt, nō differūt à gerundijs 38
Nomina uerbalia quam significationem habeant 35
Notarius ad demonstrandum instrumentum cogi potest 34
Notarius nō habet dignitatē nisi sit etiam iudex, uel notarius principis 97.98

O

Obligatio ciuilis, nec naturalis, oritur ex pignore 142
Officialis generalis nō potest se intromittere uirtute generalis iurisdictionis, de causa semel ab eo exēpta. 105
Ordinaria iurisdictio an requirat scripturam de necessitate 62
Ordinaria iurisdictio non extinguitur morte concedentis, nisi sit accessoria 61
Ordinaria iurisdictio quando censeatur tributa 61
Ordo alius est necessarius, alius ad bene esse 11
Ordinarius an sit dignior suo delegato 76
Ordinarius cui cōmittitur causa spectans ad suam iurisdictionē, quādo efficiatur delegatus 64
Ordinarius habet propriam iurisdictionē, sed delegatus usum iurisdictionis 82
Ordinarius iudex cui delegatur causa particularis, nō spectās ad suam iurisdictionem, quando sit delegatus uel ordinarius 63
Ordinarius non capit sportulas, sed bene delegatus 83
Ordinarius uicariū constituere non potest 90
Osculum aliter, & aliter adulterium punitur 28
Osculum & tactus sunt actus remoti à carnali copula 24
Osculum quando uiolentam præsumptionem faciat 24
Oscula & actus sunt præludia adulterij 23
Oscula & tactus in Gallia suos terminos honestatis habent 22

P

Pactum de reuocando locationē, astringit locatorē ad renouādū. 37
Pars quando instrumenta parti edere teneatur 18
Participium futuri temporis necessitatem importat 35
Pater filiam in adulterio deprehensam, quando occidere possit 30
Pecunia nō circūscribitur loco. 122
Pignus ad hoc ut cōtrahatur, necessariò duo interuenire debent 138
Pignus conuentionale quod dicatur, & quomodo differat à prætorio et iudiciali 110
Pignus largo modo dicitur etiam re non tradita 139
Pignus legale dicitur, quod tacite à lege inducitur 111
Pignus prætorium an dicatur semper ante sententiam 109
Pignus prætoriū et cōuentionale possunt in eadem re constitui 111
Pignus & hypotheca in quo differant 133

Pignus prætorium & iudiciale quomodo differant 108
Pignus quando proprie dicatur. 138
Pignus quotuplex sit, & an prætorium à iudiciali differat 107
in Pignore speciale est, ut sine traditione constituatur ius in re. 141
Pœnæ mulieris adulteræ an habeant locum in uidua committente stuprum 27.32
Possessor quando dicatur malæ fidei 135
Possessorium est præambulum directi iudicij 21
Præparatoria, instructoria, & decisoria quæ sint 13
Præparatoria præmittenda sunt. 15
Præparatoria prius quàm res principalis tractanda sunt 11
Præparatoriorũ præmißio rem principalem adesse arguit 21
Præscriptio non currit, quando in hypotheca interuenit traditio. 134
Præscriptiones contra desides currunt 139
Præsumptiones iuris sunt liquidißimæ probationes 23
Prætor prospexit emancipatis de bonorum poßeßione unde liberi 45
Prætoris prouisio quare hæredibus institutis, necessaria non fuerit 46
Prætoris significatio capitur dupliciter 43
Prætorium pignus constituitur tantum per actualem poßeßionem 109
Prætorium pignus datur à iudice ordinario, iudiciale à delegato 109
Princeps mandando iurisdictionem in aliquo castro, an constituat ordinarium, uel delegatum 67
Principes perpetuò inuestiti, idem possunt in suo territorio, quod Imperator in toto orbe 61
Principale propositũ inspicitur. 119
Probatio contra præsumptionem iuris tantum admittitur 26
Probatio in hypothecaria actione quomodo fiat 130
Probatio uerax in materia adulterij, quomodo dicatur 25
Pronomẽ Ipsum facit demonstrationem præcisam 30
Proprietas sermonis sumitur à definitione 86
Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis 121
Publiciana actio est realis & prætoria 140

Q

QValitas rei & materiæ rem rusticam ab urbana distinguit. 119
Qualitas rei naturalis, non accidentalis attenditur 16

R

REali actioni regulariter præscribitur triginta annis 142
Res ipsa præcedit effectum suum. 10
Res ueneris quæ dicantur 27
Rei incumbere quàm personæ melius est 128
Rei uendicatio prius introducta est, quàm actio ad exhibendum 14
Rei uendicatio sine actione ad exhibendum intentari potest 11
Retentio quando sit licita 118
Retineri quando poßit una res pro alio debito 117
Rubrica aliqua potest præponi & postponi diuersis respectibus 14
Rubrica & titulus C. de officio uicarij, quomodo intelligi debeat 88
Rubrica ponitur ad ostendendam materiam quæ in nigro tractatur 16
Rubricam quadrare his, de quibus principaliter in nigro tractatur, sufficit

sufficit 38

S

Saluianū interdictū et hypothecaria actio, quomodo differāt. 129
Saluianum interdictum, quare sic appelletur ead.
Separatio thori fit nunc tantum propter fornicationem 28
Seruiana actio, & quasi, sunt reales 140
Seruiana actio habet locū etiam pro rebus inquilini 118
Seruitus quādo pignorari possit. 136
Societas inter dominū et colonū partiariū, est respectu fructuū. 117
Statuta loquētia de probatione, quomodo intelligantur 25
Successio de iure ciuili erat olim tantum ex l. xij. tabularum 44
Successorium edictum antiquitus nō habebat locum in agnatis 44
Successorium edictum habet locum de persona in eandē personā. 46

T

Tabellio sine licētia iudicis acta iudicij conficere non potest 10
Taberna unde dicta sit 138
in Taxatiuis an sit licita extensio. 28
Terminus uniuersalis, generalis, & particularis, quomodo accipiantur, & inter se differant 65
Territorium an sit necessarium ad esse ordinariæ iurisdictionis 62
Testis, qui dicit testes falsum dixisse, corruptos, ponit unū factum tantum 41
Testes absq. licētia iudicis examinati, non dicuntur iudiciarij 11
Titulus de edendo in multis superfluus uidetur 2
Titulus de fide instrumentorum, in quo ab editione instrumentorum differat 17

V

VAssallus quam ob causam feudum amittat 26
Verbum habens plures significationes, in omnibus uerificatur 119
Verba hæc, Autoritate nostra cognoscas, quā efficaciā habeāt. 64. 102
Verbum significat factum, nomen substantiam & qualitatē 38
Verba in potentiore significatu accipi debent 77
Verba mandatoria & præceptiua differunt 53
Verba mandatoria secundum subiectam materiam arctant 60
Verba sunt impropriāda, ut libellus substineatur 114
Vicarius episcopi est delegatus respectu episcopi 65
Vicarius & uicegerens an differant ex proprietate uerborum 89
Vicarius & uicegerens ex communi usu, quis sit ead.
Vicarius & uicegerens in quibus differant 87
Vicarius quomodo cognoscatur à delegato 90
Vicarij appellatio nō reperitur de iure Digestorum 87
Vicarij appellatio prout capitur pro uicegerente, nō erat cognita de iure Codicis 88
Vicarij à quibus constitui possint 89
Vicarij episcopi ordinariam iurisdictionem habent 90
Vicerector ab uniuersitate constitutus, quibus immunitatibus gaudeat 90
Volūtas pro ratione, in his quæ sunt iuris positiui, sufficit 39
Vsus communis loquendi, cuicunq. alij proprietati & constitutioni præualet 119
Vsucapione hypothecaria non tollitur 134

INDICIS FINIS.

LOCA QVAEDAM RECOGNOſcendo ſic emendata.

Pag.82.verſ.2. in contrariū ſcilicet 84.40.de legato proconſ. 85.5.remotum 88.21. modo. De uicario 89. 28. imperator, & doctor, ut abbas 94. 33. Clem. exiui. 111. 12. tamen poſſunt 114.2.hic qui tenent 116.33.in 9.quæſt. 117.38.Dices, aut illa 118.2.uide ubi per Doct. 121.19. Quia reſpondeo 125.5. quod uis rerum 127.18.cum domini horreorū 134. 35. niſi triennale.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t.

Omnes duerniones, præter t ternionem.

BASILEAE, EX OFFICINA
Ioannis Oporini, Anno Salutis
M. D. XLIIII. *Menſe*
Auguſto.